FRIDERICI

NAVSEAE BLANCICAMPI-
ani LL. Sacrarum doctoris perq; profi-
cuę & à multis plurimũ desideratæ
in librũ Tobię Enarrationes,
nunquam ante hac ty-
pis excusæ.

EXCVDEBAT IOHANNES PRAEL
COLONIAE. M. D. XXXII.
MENSE AVGVSTO.

Impensis Petri Quentel.

REVEREND[ISSIMO]
IN CHRISTO PATRI AC DO[MINO]

D. Hieronymo Aleādro Archiepiscopo Brūdusino & Oritano, ad Cęsaream & Catholicā Maiestatē Apostolico iterū Legato, Fridericus Na[u]sea Blancicāpianus, Ecclesiastes Moguntinus, Salutem.

QVA NVPER CAVSA DIVI Tobię librū inter tot tam[que] laboriosas alioqui meas pro Sacrosancta fide & religione nostra cōciones enarrandū suscepi Aleander pręsulum decus immortale, eadē sane causa meæ in illū Enarratiões cōtinua multorū prece nuperis sunt diebus excusę, simul[que] in lucem non alităt[que] per nos pro concione deprōptæ sunt æditæ. Nec tñ operę preciū duxerim, q̄ vel enarrationis vel æditionis causam hac denuo parte multis ędā, vtpote quā in operis frōtispicio loco [illegible] fal[illegible] magis idoneo ad auditores, quos (deo gloria) æque frequentes at[que] diligētes habeo, præfatus sim.

Iam vero tametsi non defuerint hactenus apud meos Germanos, & eos qdē nec potētia nec authoritate cōtemnēdos, qui multis admodū nominib. hasce sibi nostras in Tobiā Enarrationes vel quālibet exiguas dicatū iri percupere videbātur, ipse tñ solus sub hæc mihi tēpora videbare, q nominib. [illegible] q̄ illi pluribus ca[illegible] tibi à me dicatu[illegible] e po[illegible] ne[illegible] esse rebar, sub [illegible] s & tutius & fructuosius in manu[illegible] ominū p[illegible]ent. Id q̄d vel in p̄sentia constāter, nec abs[que] ratione singulari crediderim,

Quum

Quũ eñ (quod res habet) Enarratões ex nostræ citra controuersiã dictæ sint & à nobis in eũ Tobiæ librum collocatæ, q iuxta plenus est absoluta mor sanctitate atq; omigena rer multarũ eruditiõe, nunq̃ satis ob pietat ẽ cõmendanda, quiq; primũ (q̃d constat) è Chaldæo partim sermone, & ab Hebræo partim idiomate cõscriptus & versus est, atq; ad hunc ille modũ, Hieronymo Stridonẽse vertẽte, Romanã togã induit, hoc est, Latinẽ loqui cœpit, certé non potuit nec debuit quicquid in huiusmõi librũ tot modis videlicet insignẽ, cumq; tua cõditione sic vndecunq; cõgruentẽ, quoquo mõ laboris insumptũ est, aliŭ quam tibi cõsecrari, vt pote, quod nihil in hoc sit opere rei laudatæ, quo tu nõ summo cũ decore & admiratione maxima ꝑfulges. Siquidẽ paulo diligẽtius contẽplor, q̃ splẽdescis & rara & multigena rerũ fermé omniũ eruditione & doctrina, simulq; propterea tuã in ea laudẽ verbis vel ex parte consequi conor, profecto nil video me rectius de magno præsule dicturũ, q̃ quod de Carthagine quondã Salustius dixit: Satius. s. sibi videri, de laudibus Carthaginis silere, q̃ pauca dicere: nimir quod illa sic superior esset omĩ laude, vt orationẽ laudi suæ parem habere non posset. Quod equidẽ hoc ipse loco fortasse q̃ ille multo verius cẽsuerim. Qui eñ (quæso) laudes ego eruditionis illius tuæ absq; verecundia tenrem, quãdo tam multi q̃ docti toto terrar orbe polyhistores, ad q̃s comparatus longe minus sum q̃ nihil, eius te rei satis digné cõmendare vsq; adeo desperarint, vt ex eis haud desint, q vel quãlibet tui alioqui nominis inimici adfirmẽt, esse in te Aleãdro, doctrinã inuidia dignã? Quæ obsecro, speciosior esse possit ac eadẽ laus vnq̃ maior & verior, maxime non ab amicis sed ab hostib. data? Quam tñ eximiã illam tuã eruditio

nē optimi quiq; tibi non tam inuident quā sic demirantur, vt eā non humanā sed diuinā, nec tibi natura & industria sed miraculo potius esse comparatam iudicent. In quorum sententiā vt vel pedibus eā nolens volens oportet cōsiderās, quā nō mō Theologicę rei, sed & Musices sed & Mathematicarum artiū, sed & liberaliū disciplinarum omnium, adeoq; vniuersæ ἐγκυκλοπαιδίας cognitionē sic plene cōiunctimq; calleas, vt tibi facile Homerus ille, q̄tumuis nullius non artis gnarus, itēq; facile Hippias, vtcunq; non liberaliū mō disciplinarum, sed & multarū aliarum rerū præ se scientiā ferens, itemq; Gorgias q̄quā promittens se de omnib. quæcunq; rogaret respōsurū, facile loco sit cessurus. Nec interim hac in causa te minorē Platone censent, tametsi digna literis ars illi non defuerit vlla, imó q nec cedas Aristoteli q tū non solū eorum, q̄ ad Philosophos & Oratores ptinēt, scientiā cōplexus esse, sed & animaliū satorumq; naturas oēs perquisiuisse & scisse tradat. Addo etiā, M. illū Catonē Censoriū, primū Portiæ gentis, quē tibi pferendū in rerū peritia nequaq̄ putauerim: q̄uis idē (vt nosti) orator, idē Historiæ conditor, idem Iuris, idē rerum rusticarū int tot operas militiæ, tantasq; domi cotētiones ita peritus fuerit, vt dici crediq; cœptus sit, optimus Orator, optimus Senator, optimus Imperator, nempe tres summas in homine res præstitisse existimatus. Interea q̄d hac dicā parte de absolutissima tot linguarum, quas vsq; ad miraculū nosti peritia? qua sic inter omnes toto terrarū orbe doctilogos (sit venia dicto) præcellere iudicio omniū crederis vt ea in re parem omnino non habeas. Hæbraicā qu[illegible] & Græcam linguā ta[illegible] prorsus ad vnguē calles, vt q[illegible] te illis loq audit, te medijs Athenis, mediaq; Israelitarum vrbe natū & educatum credat,

quum

quũ sis tñ ac habeare Montẽsis. Quid interea dixerim de Latina lingua, in qua vel me post alios aurito & oculari teste, vsq; adeo p̃cellis, vt equestri oratione Lyricor, Syluarũ, Epigrammaton, Iambicor, & sic quidẽ omnis generis carminũ non nup sed dudũ adulescẽs, adhuc, magnos & doctos lib. cõposueris, vt Horatiũ, Statium, Martialẽ huiusce'q; notæ poetas excellentissimos verius superaueris q̃ æquaueris. Pedestri vero oratione epistolas & orationes & dialogos & plæraq; alia, sic felici stilo absolueris, vt M. Tullium, cui tñ nullum dicendi instrumentũ defuisse credi, dicendi facultate plusq̃ referas, quemadmodũ fando nõ minus q̃ Pericles Atheniẽsis fulgurare & tonitrua ciere dicaris. Nec id solũ præstas in tribus illis linguis longẽ p̃cipuis, verũ etiã in Chaldæa & Arabica sic preter alias emines, vt æque possis gloriari te habere quinq; corda, atq; tria, se quondã grãdis ille Ennius habere gloriatus est. Insuper haud est, q̃d transeã, id quod omniũ apud omnes maxime dignũ laude censeo, quia videlicet summã illã sapientiã & pietatẽ, qua mire polles, ita cõtra non parũ multos, aliter tu faciẽtes, cum summa eruditione & eloquẽtia, coniũxeris, vt non minus eximia eruditione linguarũq; dono, q̃ vitę morũq; sanctitate, non modo Hieronymũ illũ Stridonen. pręcipuũ in ecclesia catholica decus & columẽ, modis omnib. referas, sed & adeo idẽ videaris alter esse cum illo, vt huius in te oĩa migrasse propemodũ credi possit, nisi fides pietas'q; ipsa Christiana, huiusmodi Metamorphosim pie recte'q; credita indignã definiret. Hinc non tam casu q̃ prouidẽtia factũ puto, q̃d pater ille tuus, excellẽtiss. quondam Philosophus, idẽq; doctor eminẽtiss. cum diuo Hieronymo te voluerit esse cognominem: quippe quo illius

ad omnia fores & sanctæ doctrinæ ęmulus, & pręclarę cuiusdã probitatis imitator. Nec suo ille desiderio falsus est, nec à tuo ipse fato factus es alienus, vt qui vtrunq; miro quodã successu cum stupenda omnium admiratione præstes, eidemq; in linguarũ cognitione tam factus sis plus quàm par, vt Erasmus ille Roterodamus magnus inquam testis, & omni exceptiõe maior. te Aleandrum summo cum iudicio vere & plus q̃ vere trilinguis eruditiõis antistitem dixerit & censuerit, idemq; secundum cætera laude dignissima commẽdauerit & extulerit, vtpote buccinator Homerus Achillem suum. Atq; hinc est, q; Clemens PP. VII. Pont. modis omnibus Max. te sic vnũ sapiẽter ex vniuersis prælegerit, vt te nunc suo singulari iterũ propẽ summã rei ad Cæsaream & catholicam Maiestatem vtat Legato: nimirũ non ignarus q̃ tu prudẽter quàm felicitet priore illa tua apud eandẽ inclytã Maiestatẽ legatione, eadem in causa functus sis. Nec mirũ, quando prętet pietatẽ mire valeas sapiẽtia, iudicio, doctrina & autoritate. Cui quoq; sit mira vitę sobrietas, summa ingenij dexteritas, anim' impiger & ab otio prorsus abhorrens, itemq; magnus rerũ vsus, vt qui in grauissimis ad Imperatores, Reges, Principes & Respub. legationibus, maximisq; regum & regni negotijs iam olim versatus sis, nũcq; dum apud Carolum Impera. nuncium agis Apostolicum, à summo Pont. Legatus Venetijs absens iterum non sine maximo honore declaratus, Vnde fit, vt tot rebus administrãdis, quot aliorũ cõplures vix sufficiãt, vnus ipse nõ mõ par sis, verum etiam supersis. Nec est quod hac parte quicq̃ vel mentiar vel adfingam, quando non desint ex classicis harum apud nos rerum testium autoribus & patronis, qui

iuxta

iuxta fatentur & testātur hasce nūc in Germania plus q̃ dictu horrendas hæreses, nunquam tanto orbis incōmodo fuisse secuturas, nec tot in locis & finibus earū fuisse fumū & incendiū renouatū, si tuis multo prudentiss. & exactissimis in Synodo illa Vuormatiensi (cui Carolus V. Imp. plane catholicus vnà cum inclyto Romanorū Rege Ferdinando fratre germano ad oīa pariter catholico adfuit) Consilijs paulo plures apud nos proceres, aut certe paulo germanius (vt sic dixerim) fauissent & paruissent: iam Phryges sero sapientes. Et (vt teste dicā veritate quod sentio) felicem spero adhuc dei benignitate futurā nobiscū remp. Christianā, si tua diutius præsentia frui nobis licuerit, quā & nobis post deum opt. max. fauere digneť optauerim idem Clemens P P. VII. Cuius sane voti nobiscū sunt optimi & cordatissimi quiq;: nempe non dubitantes in futuro, quod pleriq; oēs optant Cōcilio, dijs superis bene fauentibus tua incōparabili eruditiōe, doctrina & pietate, industria & facilitate, prudentia & benignitate, clementia & humanitate, & hoc genus tuis virtutibus multo eminentiss. & Christianiss. suā fidei vnitatem, suam Germaniæ pacē & cōcordiam, suam doctrinæ euangelicæ puritatē simplicitatemq;, procul hactenus apud schismaticos exulantē, in ecclesias reductū iri, & suā Clementi Pont. Max. cōtra rebelles victoriā per te non secus iri partū, atq; suā olī Agamemnoni per Nestorē cōtra Troianos palmā. Atq; sane tametsi idē Pont. tā multos habeat penes se ecclesiastica dignitate præminentes, tot viros oīi doctrinę gñe insignes, tot mūdi lumina decoraq;, q̃t vix alij toto orbe cōplures aut cognorit aut viderit, optare tñ nō iniuria de te possit Aleādro, q̃d de Nestore Agamemnō vt q Gręcorū

& regũ apud illos rex decẽ sibi Nestorꝫ similes optauerit, quibus fretus sperabat celerẽ cõtra Troianos victoriã. Nec mirũ: quãdo vel inter alia, quæ data opera breuitatisq́; causa prætereo, ipse tuopte ingenio ad pacem & concordiã mire propẽsus sis, diutina rerũ experiẽtia facile futurus omnib. õmia, vt Christo lucrifacias oẽs. Quo etiamnũ, idem Pont. non habet paratiorem, qui maiore pietate Sedis Romanę dignitatẽ, amplitudinẽ & Maiestatẽ prouehere conetur. Quũ proinde nemo nobis adhuc tui similis cõtigerit, sic sanctis facile doctrinis virtutibusq́; pijs emineret, tamq́; varijs linguis loqretur, merito Tobiã illũ vtpote Patriarchã doctrina & pietate præstãtiss. eundemq́; ab initio Hebræũ & Chaldæũ, vna cũ meis in illũ Enarratiõibus tibi Præsuli doctissimo & pijssimo, non vtiq; alio dedicauerim animo, q̃ quo Tullius Attico, Bruto, Varroni: Fronto itẽ Balbo, ac item Vlpianus & Paulus Iuriscõsulti Sabino Iurisc. corrigenda sua monimenta tradidere dedicauereq́;. Sane hosce nostros labores tibi, doctrinarũ omniũ Antistiti doctissimo, modis quib' possum ac debeo humiliter dico & dedico: talẽ te mihi futurũ inibi censens, q̃lis Antimacho fuit Plato: quũ mihi vsq; adeo sis instar omniũ, vt nõ dubitẽ, ꝓbatũ iri omnib. q̃d acerrimo tuo probant iudicio. Bene aũt sperauerim vel ꝓinde tibi huiusmõi nostras in Tobiã vigilias probari, quia si pio synceroq́; in eis studio & absq; aliq̃ dictionis adparatu fucoq́; q̃d opus est facto, docuerim. Cuius animi rei nec culpã mihi deprecandã duco, q̃si ab emunctæ naris hominib. male audiens, ꝙ interpres & enarrator paulo triuialius scripserim: quandoquidẽ minus hoc ipsum mihi vitio vertendũ putem, quũ fortasse nõ dedecuerit me sic loq & scribere, quo iuxta docti atq;

indocti quę scripsi, citra difficultatē possent intelligere, præsertim qa non dissimili, quo hic vtor nobis sit stilo versus Tobiæ liber, à q̃ non decebat me alienū esse sermone. Sed qd isthæc? Suffecerit opinor quod hac sim parte nec barbarus nec illatinus, q sic facilis ab oībus intelligor, nec interim fortassis absq; fructu: confidens hasce nostras in Tobiā expositiōes tam in populo pijs ad verā salutē morib. erudiendo profuturas diuini verbi p̄conib. & cōcionatorib. q̃ q; maxime possit prodesse, vt q nihil cor facile sint desideraturi, q̃ vel ante nos in eundē Tobiā ab Augustino vel à Beda vel ab Haymone, vel à Remense vel à Lyrano vel ab Hugone, vel à q̄uis alio tradita sunt. Porro non parū mul ti q̄tidiano penè conuicio vel hāc ob causam hasce nostras interpretationes ęditū iri efflagitarūt, quam in illis nec impie nec infructuose doceo. Atq; ego pro dei opt. Max. gloria, negandi propemodū verecundia cō pulsus, has ipsas, inquā, Enarratiōes nostras ędi passus sum, vt non ad Mogūtinos tm̄ sed & ad alios eas, si q̃ foret, vtilitas paulò latius p̄ueniret, vtcūq; illę nec à me vt æderent, essent conscriptæ nec cōparatæ. Quod opusculū tibi (vt dixi) Alcandro absolutissima pietate & doctrina præsuli, primū & potissimum dicatas volui, idēq; nunc humiliter dico & dedico, quod eas amplitudini tuæ, vt es pietate singulari, fore gratas diuinarim: intereaq; illas tam fauorabili tuo sic titulo plurium animis cōmendatū iri, vt non possit propterea non maior ad omes vtilitas deriuari: quū vtiq; id gen⁹ studia hoc habent maiora & p̄ciosiora, quo sunt maiorib. & melioribus nō aliē atq; tēpla, dijs consecrata. Deinde poterant vel illa tua in me beneficia hanc sibi dedicationē iure q̄si suo vendicare: vt quæ tot, tanta quoq; sint, q̄t

& quãta in hoc perorata pfatiõe paucis cõsequi neq-
ãm. Nonne obsecro (vt cætera transeã) pcipuę cuiusdã
tuæ in me pietatis erat & bñuolentiæ argumentũ, qd
ipse nuper meã proculdubio inopiã pie miseratus tuũ
in inclyta ecclesia Leodicẽsi sacerdotiũ & amplũ & o-
pulentũ mihi, vel quãlibet renuenti libere prorsus ce-
dere volueris, indignũ putoratus, ꝗ ego solus tot mo
dis in vinea dñi sabaoth hactenus euangeliũ Iesu Chri
sti, seruatoris opt. sine q̃rela (vt bene spero) prędicans,
inibiq; laborans ex meis pro euangelio laborib⁹ haud
cõmode ad huius vitæ necessitatẽ viuere debuerim.
Nec ipse tam es in me solũ beneuolus & beneficus, sed
& tui fauoris aura foues & subleuas, q̃tq̃t ad te studi-
osos Mœcenatẽ confugiũt viri boni ijdemq; paupe-
res: imó qui vsq; adeo nec interim tuo destituis psidio,
q̃tq̃t vbiq; sunt in ecclesia dei bonæ spei iuuenes, à cęte
ris ferme neglecti, vt eorũ singuli vere hoc ipsum ad te
suũ patronũ possint ac debeãt exclamare, quod ad suũ
Mœcenatẽ Horati⁹. O & pręsidiũ, & dulce decus meũ.
Est ergo & hæc non postrema huiusce nostræ tibi de-
dicationis oblatæ causa, qua quãtumuis pusilla, gestio
& meo & oĩm noĩe gratias agere tuę amplitudini: q̃n-
quidẽ mereaĩ tua pietas ac singulariꝫ ille tuus erga me,
imó ergo oẽs pios & doctos, vt tuũ nomẽ oĩm cala-
mis posteritati cõmendeĩ. Id q̃d modis quib⁹ potero
omnibus posthac vt antea, conabor: hac nimiru dedi-
catione meæ ad maiora propediẽ fidei tibi pbens arra
bonẽ, quẽ boni cõsulas precor, donec corrasero vnde
sumam, quã nunc plus æquo sacris pro ecclesia conti-
onibus districtus soluẽdo non sum, propediẽ resoluã.
Quod supest supplex obtestor, vt (quod facis) sic bonis
pijsq; literis earũq; studiosis fauere pergas, tibi vtcunq;
alioquĩ

aliqui dudũ immortali, apud deũ opt. egregiã laudẽ paraturus, & apud posteros honestiss. & memoriã plane perpetuã relicturus. In huiusmõi vero sanctiss. tuis conatibus, in qbus nũc pro ecclesia eiusq́ fide & religione tam diligenť q̃ gnauiter versaris, ƥter cæteros Romę egregios Cardinales, ornatiss. episcopos, eruditiss. & ampliss. viros, habes & semp habiturus es haud alios atq; coadiutores reuerẽdiss. & ampliss. patres ac dominos, D. Laurentiũ Campegiũ Card. Apost. nũc ad Carolũ V. Imp. à latere Legatũ, vna cũ D. Thoma Cãpegio episc. Feltreñ. fratre, & ipsius in administratione legationis Apost. Theseo & Achate, itẽq; D. A. Fernesiũ Card. Decanũ. D. Guilhelmũ ab Enckefort Card. D. Bernardũ à Gles Card. & episc. Tridentinũ. D. Nicolaũ à Schonberg, Archiep. Capuanũ, & id genus alios & dños & patronos meos multiplici nimirũ nomine incõparabiles. Quibus nẽc tibi minus, me mancipium deditiss. modis omnibus pro loco & tẽpore cõmendari cupio, tuãq; amplitudinẽ sp feliciterq́ valere opto pro instaurãda & reparanda Iesu Christi religione. In quã sanè rem, ego pro virili qcqd in me est aut erit vel studij vel cõsilij vel laboris vel ingenij, cõferã. Deniq; ad eandẽ rẽ paulo facilius conficiundã nauabo operã, vt in tpe bonis auspicijs maturescat mea in q̃tuor Euãgelistas metaphrasis, op⁹ (vti cõfido) sic diuini verbi ƥconib. cõtra q̃scunq; hęreses vtile & ƥcommodũ, vt nõ fore purẽ, q idipsum merito sit neglecturus. Interim vehemeť opto, hãc curã & industriã nostrã si q̃ pacto merẽ, cãdido calculo studiosis cõmendari à reuerẽdiss. amplitudine tua. Quæ iterũ atq; iterũ bene valeat, Nauseæ sui clientuli memor. Mogũtiæ iij. Idus Iulias. Anno post Christũ natũ, M. D. XXXII.

Elenchus

ELENCHVS CAPITVM LIBRI TOBIAE. ITEM CAPITUM singulorum argumenta.

Dimidĩ

¶Dimidiũ bonoꝝ in preciũ esse cõstitutũ angelo, atq; hunc docta ipsos veritate ex eoꝝ oculis euanuisse. XII.

¶Quàm sanctè quanq; mirabiliter, spiritu sancto suggerente Tobias senior paulopost moriturus conuersionem Hierusalem prophetauerit. XIII.

¶Quõ sub finem idem Tobias subuersionem Niniue & Israelis restitutionem miro verborum inuolucro prophetauerit. XIIII.

AD LECTOREM NAVSEA.

NE quoquo modo, lector amande, nostra tibi opera, cura & diligentia deessemus, paucis hęc quæ vides in singula capita Libri Tobiæ argumenta præmisimus, vnde pro nutu citraq; difficultatẽ quod velles, & inuenire & intelligere facilius posses. Dictu em̃ mirũ, quam hęc vel quamlibet minuta, intellectũ simul & memoriã iuuent. Iam vero subinde ne nihil sit boni, quod te ad lectionẽ Tobię nostrarumq; & in illum, quæ subsequunt, Enarrationũ paulò vehemẽtius inuitare q̃at, mox (vt videre est) hoc addidim⁹ loco, Indicẽ locoꝝ quorundã in iisdem nostris Enarrationib, insignioꝝ: & eoꝝ quidem, q̃s adpellãt, communiũ, vnde posses quicq̃d quauis de re q̃sieris in prõptu habere, nec tuo interim intellectui min⁹ q̃ memoriæ feliciter consulere. Quod vero nostrũ est, nihil hac parte verbis attollamus, quãti nobis cõstiterit quicq̃d hoc est opusculi, quũ fortassis rectius & prõptius h c ipsum facies, vbi cõperies, quanta passim fide & diligẽtia pro dei opt. Max. gloria, & ipsoꝝ auditorũ, quibus hic sudauimus & laborauimus, fructu, confusa digessimus, inuoluta euoluimus, nodosa explicauimus, obscuris lucẽ addidimus, & maxime q̃d hoc dixim⁹ loco

quicq̃d

quicquid priores dixerũt,& adiecimus necessario,quę cæteros ante nos interpretes suffugerant, ne quid arrogantius addamus,nihil tamen aliud ambiẽtes, q̃ vt hisce nostris laboribus in gloriã Iesu Christi vtaris,nostri memor in dño Iesu eodem. Præterea ne ceu vepribus alicubi impeditus hæreas ob errata quædam paulo minutiora,quæ nobis absentib*, aut ob exẽplar nostrum manu nostra non satis legibili chirographo,nec vt aliquando ęderetur conscriptum,aut profecto cõpositorum correctorumq́,quos appellant festinatione & incuria contingere,libuit ea paucis post sequentem Indicem subijcere,præsertim quæ remoram inijcere queant, & nonnunq̃ fortasse legentis intentionẽ obturbare. Siquidem transierimus quæ per se vnicuiq; sunt cognobilia,quum sic vix possint caueri,vt cautissimos aliqñ & oculatissimos Argos,& q Lynceos habẽt oculos fallant. Cuiusmõi sunt in quibus vna vel altera litera modo desit,modo supersit,modo sit prępostera:quæ docti per se corrigent,indocti vero neq; sentient nec intelligent. Tu Lector candide boni cõsules precor,vniuersa.

INDEX EORVM QVAE NOTATV DIGNIORA IN hisce Enarrationibus in Tobiã visa sunt.

Annã

INDEX.

Caphar

Consolari

A Decima-

Paren-

Testamẽ

XV

INDEX

τέλος.

ERRATVLA AVTHORE ABsente cõmissa sic legendo corrigas.

Primus quidem numerus notat tibi faciem vnam vel alteram folij. Secundus vero, lineam faciei. Deinde sequitur vera lectio.

Facie. 19. linea 10. quodam. facie 27. linea 31. obstantibus. fa. 28. li. 9. patria. fa. 32. li. 4. quis. fa. 33. li. 2. solum. fa. 36. li. 4. qui. fa. 38. li. 2. deferamus. fa. 44 li. 1. Dauide. fa. 53. li. 26. ea. fa. 55. li. 10. persoluãt. fa. 58. li. 13. perperam. fa. 58. li. 17. in eum. fa. 59. li. 14. inibi. fa. 61. li. 11. Leyhen. fa. 64. li. 1. virũ sanctum, non puerũ, non adolescentem. fa. 86. li. 11. horrebant. fa. 87. li. 28. ducens. fa. 88. li. 13. admonet. fa. 91. li. 27. hæretici, adde non. fa. 92. li. 1. cerimoniarum, adde, obseruatione. fa. 105. li. 30. penuriam. fa. 109. li. 6. referre dicunt. fa. 115. li. 17. enim exterminauit. fa. 124. li. 19. querula. fa. 144 linea

ERRATVLA.

li.3.enim. fa.145.li.3.filios. fa.146. li.5.damnatiõi, fa. 157. li. 20. sole.fa.188. li.4.quo. fa.194.li. 26.præstigias.fa.201.li.21.valetudinẽ & vitam. fa.205.li.7. Ingrato.fa.206.li.9.condescensus.fa.206.li.14. decere. fa.215.li.24.prouideãt.fa.221.li.9.non debẽt. fa. 222. li.6 indidit.fa.226.li.30.peragentem.

¶Soli Deo Opt. Max. Laus, decus & gloria.

RICHARDVS SBRVLIVS, AD Fridericum Nauseam doctorem vndecunq; probatissimum.

Nausea Palladios inter venerande patronos,
Aonios inter, Nausea magnæ, choros.
Vt tua descendunt in nostrum hæc omnia pectus:
Simplicitas, Clio, gratia, lingua, fides.
Ergo lethæis mihi cor hebetabitur vndis
Ante, meo virtus quàm cadat ista sinu.

¶Ex tempore, Budæ in Hungaria.

FREDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI, IN LIBRVM TOBIAE ENARRATIONES. Et Primo eiusdem in illas ad Auditores, Præfatio.

QVi ædibus non vna in parte sed passim incendio laborantibus succurrit, is summa fide & diligentia ei inprimis ædium parti, quæ potior est & ita quidem succurrit, vt interim minores ipsarum partes haud negligat. Vtpote gnarus alterutram partium alteri ita cohærere, vt neutra sibi soli maximé ad decorem sufficiat. Hic incendio deinde restricto, sopitoq́ ad eũ modum igne vt iam inde nihil mali subesse subuereat: sed bene sperat illico q bus potest modis: & q̃d in potiori ædiũ parte incendio deperijt resarcire conatur, coapturus deinde partes earum minores, vt tandem vtræq́ partes in pristinũ statum restitutæ, suo toti ad vsum necessariũ rité cohæreant, inhabitantibus subinde ad salutem, vt antea deseruituræ. ¶ Quam quidem naturæ quæ artis cuiuslibet est dux, & perinde vt Idea formulã ipse considerãs, eam visum est pro virili sequi. Sané quũ anno abhinc tertio secundum dei Opt. Max. voluntatem huc voca

tus & allatus, hanc inclytam dei maximã domum, hãc dico insignẽ, Archiepiscopalem eandemq; Metropolitanã Moguntinam Ecclesiam (quæ Paulo alibi docto- re vt quæq; alia Ecclesia Christo Iesu seruatori propter fidem Christi domus est) horrẽdo multiplicis hæreseos incendio nõ in vna tantum sui vtpote fidei catholicæ, sed & passim ex om̃i parte vtpote bonorũ morum, virtutum, honestatũ, piarumq; operationum ardere inuenissem, cœpi actutũ pro virili, summa nimirũ fide & diligentia, duce post deum Max. natura, sic potiori eiusdem domus parti scilicet fidei sanctæ aqua illa euangelica, ad eũ vsum coacta suppetias ferre, ne interim partes ipsas inferiores, s. Euangelicas virtutes & actiones haud essem neglecturus, vt qui nõ sane ignorabam, ita virtuosas actiones sibi cohærere, vt hæc sine illis mortua Diuo Iacobo teste censeretur, siquidem vera sit fides illa quæ vt Apostolus scribit, per charitatẽ operatur. ¶ Huius autem (vt constat) nostri pro eiusmodi hæretico incendio extinguendo laboris hic fuit modus, vt suã cuilibet hæreticæ flammæ aquã subfudimus recipientes iuxta veteriorũ fidei sanctæ doctorum consuetudinẽ, data ad hoc opera & ex industria vel q̃libet exigua, ex singulis vt hactenus ex institutione Ecclesiastica, legi, enarrari decantariq; consuerũt, Euangelijs themata singula haud secus atq; locos quosdã communes singulas quæ nuper partim ex veteribus illis Hereticis suppullarũt, partim à nouo subnatæ sunt hæreses, oppugnantia sic serie quadã deo inprimis adiutore, eas inquã hæreses plerasq; omnes apud vos fratres charissimi restrinximus, & quo ad possibile fuit è medio sustulimus, vt nõ modo potior huius spiritualis ædis pars ex pernitiosissimo illo hæreticorum incendio

Hebr. 3. Ioh. 4. Iaco. 2. Gala. 5.

(gratias

(gratias deo opt.) redempta sed & pars illa vulgarior, scilicet virtutũ & morũ restitui videretur, subfragantibus ad id passim dogmatib⁹, quæ singulari quo potuimus, studio ex singulis Euangelijs ad cũ vsum collegimus. Deinceps, quũ animaduerteremus potiori ædiũ parti, s. fidei, maxĩe apud infirmiores in tam horrendo incendio non nihil deperijsse, suggesto p spiritum santum cõsilio, id ipsum sic nostra in Symbolũ Apostolĩ cum Expositione hactenus resarcire sategimus, vt plane nihil esse reliqui putamus, q̃ in eam partẽ. s. Catholicæ fidei merito possit à pio hoĩe desiderari. At quia & memorato terribili hæreseos incendio plurimũ venustatis minori ædiũ parti. s. Euangelicorũ mor, & ita quidem deperijsse videmus, vt ea suam penè apud omnes faciẽ amiserit, & sit nulla propemodũ eam ob rem potiori parti scilicet fidei forma: siquidẽ quod prohdolor nullibi nũc sit neq; virtuti, neq; honestati locus, nec suus sit alicui regno, neq; principatui, neq; domui neq; hoc genus in Christiano orbe statui in aliquo mortalium sexu decor vsus'q; necessarius, operæ arbitramur oĩno preciũ, & simul alterã inclytę huius Mogũtinę domus, ecclesiæ dico partẽ ad pristinũ suum statũ reponere, vt deinde ea resarcta & venustata, vera simus futurĩ dom⁹ vtpote munda & propter fidẽ mundantẽ sancta, in q̃ Christus (vt Apl̃s ait) vt in domo sua peculiari ore tanq̃ filius sit inhabitaturus, vna'q; cũ patre suo cælesti inibi cõmoraturus, vt & ipse suã nobis nostram faciat hoc exacto seculo domũ, quę in cęlis æterna est nõ vtiq; manufacta. Non enim habemus hic manentem domũ sed futurã inquirim⁹, nõ temporalẽ, nõ aliquã ex incendio passura iacturã, q̃ tamẽ nemo est peruenturus, nisi se prius hoc in seculo faciat deo domũ

Heb. 5.

2. Cor 2.

Heb. 13.

Psal. 14. vera fide & fidei virtutibus & moribus vndecunq; or-
Apoc. 21 natam, & scopis bonorũ morum purgatam. Ad cuius structurã etsi varij in sacris scripturis reperiant archite-cti, nemo tamen, vel hoc maxime tempore, ad eam libro Tobiæ videtur, aptior & cõmodior, vt in quo nihil desit artis, quod vel venustissime & affabre possit instruere domus vel fundamentũ, vel parietes vel tectum: vel deniq; singulas & vniuersas, quæ ad consummatissimã domũ. i. instructissimũ hoĩem, attinent, partes. Quis em̃ obsecro librorũ sub mirabiliore breuitate oĩm mortaliũ officia pulchrius submonet, q̃ liber Tobiæ, vt qui totius perinde tam veteris q̃ noui test. plane quo ad mores pios commonstrandos videatur Epitome; nam quicquid & virtutũ & morum aliàs pluribus & libris & prolixis voluminũ capitibus describit, idipsum in libro Tobiæ paucissimis & ijs quidẽ breuissimis capitulis ad assem & quasi sub oculos situm viuo perinde simulachro perdocetur. Vbi em̃ obsecro quam in Tobia exemplarius veræ in deũ pietatis, quæ fide constat & spe atque charitate, admonemur? Vbi quam in Tobia superiores sui muneris erga inferiores, & inferiores erga superiores succinctius cohortantur? Vbi quam in Tobia pulchrius traditur qualis liberorũ esse debeat institutio? Vbi q̃ in Tobia exactius authoritas parentum in liberos demonstrat? Vbi q̃ in Tobia qualis esse debeat charitas parentũ in liberos, amabilius edocemur? Vbi q̃ in Tobia decentius de indulgentia & amore coniugali tractatur? Vbi q̃ in Tobia filiorum pietas & obedientia absolutius addiscitur? Vbi q̃ in Tobia qualis esse debeat mutua fratrum conuersatio, rectius declaratur? Vbi q̃ in Tobia castius instruuntur virgines? Vbi q̃ in Tobia qua via sint contrahendæ nu-

dæ nuptiæ felices, sanctius consulitur? In summa nullus est neq; vitæ status neq; sexus, qui in Tobia non simul breuiter atq; honeste sui officij & decori admonetur, & quidem expressius q̃ vsquã alias. Hinc iustissima quidẽ censura Tobiæ librũ, Catholica Ecclesia inter libros sacrarũ scripturarũ recipiendũ censuit, vt inde mores ad pie beateq; viuendũ breuius & absolutius q̃ aliunde, mortales susciperẽt. Id quod vsq; adeo veteres illi & ij quidẽ receptissimi Ecclesiæ doctores approbarunt, & ex ipsis haud sane defuerunt, qui peculiari nomẽclatura Tobiã adpellare soliti fuerint: Speculũ vitæ moralis, eiusq; inprimis domesticæ, vt qui plane nihil omittat, q̃d ad pios mores & ad domũ bñ institutam pertineat, in quo planius ac melius q̃ vllibi quis sit intellecturus quid sit pulchrũ, quid turpe, quid vtile, quid nõ, & quid virtus, quid sapientia, quid pietas possit: siquidẽ qui sit vitæ morũq; lucidissimũ exemplar, quẽ q nõ amet, vix est quod amare possit. Quẽ itaq; Tobiam nocturna versandũ manu versandũq; diurna, nec ẽ pectore nostro dimittendũ serio patres antiqui suaserũt, ea propter fratres charissimi, hunc Tobiæ librũ, inprimis hoc tempore, in dei optimi laudẽ præcipuãq; vestri oĩm salutẽ pro virili interpretandũ recepi, vt fides vr̃a, quã hactenus ex apostolicis scripturis abunde declarauimus, nõ sit mortua, sed plane illa, quæ iuxta Ap̃lm p charitatẽ operatur. s. virtutes deo & hoĩ gratas, simúlq; ad æternã beatitudinẽ omnino necessarias: quo subinstitis hæc ipsa Christo domus, quæ oĩbus suis partib[9] adfabre cõstructa & expolita appareat. Quã vos fore nequãq̃ addubito, vbi ea deuotione & diligentia ad ipsum Tobiam intelligendũ adieritis, qua illum ipm̃ diligentia sum expositurus deo authore, qui faxit, vt

Cypria. Augst. Beda.

Iacobi 2. Gala. 5.

vtraq; pars suum ad eius dei optimi honorem, offici-
um suppleat.

Tobiæ pertractandi qualitas.

¶Qui nobis docendi modum tradiderunt, plurimũ interesse censuerũt, quo quis ordine ea quæ sit docturus, pponat, vtpote quod difficillima quęq; debito ordine seruata facilimè suscipiant, sine aũt ordĩe facillima quęq; difficillimè sumantur. Nihil enĩ citra ordinẽ rite vtiliterq; geri, existimarunt. Proinde nolim vos latere, fratres charissimi, hũc me quo ad deus Opt, adiuuerit, seruaturũ post hac ordinẽ. Inprimis, adiutore spũsancto, de verbo ad verbũ, vt hactenus, iuxta ecclesiæ institutum, pnuntiatur⁹ sum euangelij verba: nimirũ, q̃d ipsa sint ab ipsissima veritate scilicet Iesu christo prolata, quibus reliq̃ oportet consonẽt & corroborentur & confirment. Quibus ad literã denuntiatis, addã ex more nostrã in ipsa desumptã & erutam ex sacris literis interpretationẽ, quam prout materies exegerit vel oportunitas vel necessitas modo in quæstiones, modo in doctrinas, modo in hoc genus docendi alia pręscripta diducã. Postremò deuẽtur⁹ sum ad nostrũ Tobiam, cuius quot periodos amplectitur, recensebo primo verba ad literam, vt sic dixerim, additurus deinde nostrã expositionẽ, quam vndequaq; sanctis scripturis ita offir-
2. Tim 3. mabo, vt nemo facile sit negaturus Tobiã esse procul dubio ex ea depromptũ scriptura, quæ & ipsa diuinit⁹ inspirata vtilis est ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiendũ, ad erudiendũ in iustitia, vt perfectus sit homo dei ad om̃e opus bonũ instructus, & quidẽ vt optim⁹ quisq; apertò cognoscat, Tobiã planè esse euangelicũ, vt qui nihil prorsus doceat, q̃d non omni ex parte euã-

gelio vsq; adeo quadret, vt inde q̃ſi in forma ſumptũ videri poſſit, nec aliquid vtrobiq; eſſe diſcriminis præter q̃ q̊d euangeliũ in morem hiſtoriæ, Tobias in morem exempli mira breuitate pergat, Vnde nullus addubitet, quin propriã ſuam inde vtilitatẽ ſemp ſit & cũ iocunditate reportaturus, Sileo interim, q̃d & inſuper intellectũ ſpiritus, qui ſub littera mirabiliter occultatʳ ꝓ virili adaperiã, vñ ſimul chriſtianæ eccleſię fides de q̃ hactenus multa, ſuauiter q̃ſi excuſſa ſilice ignis illuceſcet, patebuntq; inde mirando quodã modo Chriſti eiuſq; eccleſiæ ſacramenta. Q̃nquidẽ & ſi (vt & venerabilis ille Beda grauiť vereq; ait) liber ſancti patris Tobiæ, & in ſuperficie litteræ ſalutaris pateat legentibus, vtpote qui optimis vitæ moralis & exemplis abundat & monitis, ſi tamẽ quis eundem per allegoriam nouerit interpretari, proculdubio videbit interiorem ſub littera ſenſum hoc ſimplicitati litteræ præſtare, quod poma folijs ſcilicet quidem maxima & miranda Chriſti & eccleſiæ (ſi ille ſpiritualiter intelligatur) ſacramenta inibi contineantur.

PRAEFATIONIS FINIS.

TOBIAE CAPVT I.

F. NAVSEAE ENARRATIONUM, in idem caput Periodus I.

Tobias ex tribu & ciuitate Nephthali, quæ est in superioribus Galilææ, supra Nahason, post uiam, quæ ducit ad occidentem, in sinistro habens ciuitatem Sephet, cum captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus, uiam ueritatis non deseruit, ita ut omnia quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impartiret. ¶ Nausea.

¶ Scriptura nobis diui Tobiæ vitam atq; mores, & quæ circa ipsum mirabiliter gesta sunt, nostros sub oculos perinde in exemplū, quod om̄ibus citra periculum sit imitandū, quodq; om̄es imitari debeant, positura, more suo & eorum, qui Historias memoriæ prodiderunt, Inprimis describit cuias fuerit Tobias, & qua ex progenie natus, & vnde oriundus: sic & alias de Mose dictura. Primo ex qua parentela is natus sit, enarrat, inquiens: Egressus est post hæc vir de domo
Exod. 2. Leui & accepit vxorem stirpis suæ, quæ concepit & peperit filium, & videns eum elegantē abscondit tribus mensi-

mensibus.s.propter edictum Pharaonis,quo cauebatur,vt quicquid masculini sexus nasceretur, in flumen proijceretur &c. Sic eadem scriptura sanctà,Samuelis vitam & gesta deinde perstrictura præ om̄ibus, vnde & à quibus ille fuerit ortus parentibus edocet, inquiens:Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim,& nomen eius Helcana, duas habens vxores,nomen vni Anna,ex qua filiū nōie Samuelem genuit,& nomē secundæ Fenenna &c.Sic quoq; in nouo instrumento Euangelista descripturus vitam moresq; diui Iohannis Baptistæ,primū eius exprimit parētes, dicens: Fuit in diebus Herodis regis iudeę, sacerdos quidā,nōie Zacharias,de vice Abia,& vxor illius de filiabus Aaron,& nomen eius Elisabeth &c. vnde natus Iohannes &c.Sic pariter idem Euangelista vnà cū Matthæo gloriosæ deiparæ virginis Mariæ laudes, q̄s ex suo vnigenito filio, Iesu Christo, vnico dn̄o & redemptore habuit, definiturus, initio vnde & quo ex loco nata fuerit recenset,inquiens: Missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatē Galileæ,cui nomē Nazareth, ad virginē desponsatā viro,cui nomen erat Ioseph,de domo Dauid,& nomē virginis,Maria, ¶ Sic ipsa q̄q; hac in parte scriptura vitā(vt dixi)ac mores Tobiæ narratura,principio notat qua ex prosapia & patria idem ꝓcesserit,dicens:Tobias ex tribu & ciuitate Nephthali. Et sanè adfirmat scriptura,Tobiam fuisse tam progenie q̄ patria Nephthalensem:siquidem quod alias Nephtalim nomē sit vnius tribus ex tribubus duodecim Israel,cuius familias,vrbes & vicos,alibi ex ordine scriptura enumerat.De qua etiā tribu & Iohannes in sua Apocalypsi, se duodecim millia in cælo vidisse signatos adseuerat,qua ex tribu,s.nobilissima natū esse Tobiam

1.Reg.1. Lucæ.1. Matt.1. Lucæ.1. Exodi.1. Iosue 19. Apoc.7.

biam scriptura hic testat, & ex eodẽ noĩe ciuitate Nephthalim, quam hic sitam fuisse perhibet supra Nahasson ciuitatẽ quæ declinat ad mare mediterraneũ respectu Nephthalim, quæ sita est in loco superiori, & quidem in superioribus Galilææ. Quo quidẽ loco recte admonemur Galilææ duplicis. Est enĩ Galilæa superior, ex qua Tobias, & alio noĩe Galilæa gentiũ vocata, Tyriorũ finibus vicina, trans Iordanem, vbi & Solomon (velut in regnorum libro traditur) viginti ciuitates donauit Hyram regi Tyri in sorte tribus Nephtha
3.Re.9. lim: nobilitata, inquã, hæc Galilæa plurimum propter
1.Tim.6 Christũ dñm, regem regũ & dominantiũ, qui relicta
Apo. 19 quondã ad tempus ciuitate Nazareth, in hanc ipsam
Esaiæ.9. Galilæam secessit, pœnitentiã prædicans, iuxta prophetam dicentẽ: Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanẽ, Galilæa gentiũ: populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã, habitantib⁹ in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Quẽ sane locum prophetæ de verbo ad verbũ Matthæus Euange
Math.4. lista citat. In hac Galilæa, in qua est sors tribus Neph
Marci 1. thalim, etiam est Capharnaũ, ciuitas maritima, in quã
Iohã. 6. dñs profectus plurima diuinitatis suæ beneficia præstitit, inibiq; tam peculiariter egit & paterne, vt aliquo
Matt. 9. ties sua ipsius dñi ciuitas appellari cœperit. Vnde alias
Marci 2. Euangelista ait: & venit in ciuitatẽ suã .s. Capharnaũ.
Lucæ 5. Alias quoq; inferior est Galilæa cõtra Tyberiaden & sta
Pli.lib.5. gnũ Genesareth in tribu Sabulon sita Syriæ (Plinio te
capi. 14. ste) iuncta, Arabiç & Aegypto proxima est. Et hæc ipsa
Lucæ. 1. oppido vel ideo nobilis, quõ gloriosæ virginis Mariæ
Matt. 2. patria, inibiq; Christus dñs in ea, spũ sancto cooperato
Oseæ 11. re, supra naturã, Euangelista testante, cõceptus fuerit;

quod &

quō & deiñ ex Aegypto reuersus ,ppter Archelaū,qui in Iudęa,p patre suo Herode regnabat,secessit,de quo suo loco diximus. Iam vero suffecerit scire, sanctū patrem Tobiā Galilæū fuisse,ex ciuitate Nephthalim superioris Galilææ oriundū, ex stirpe pariter & tribu nobilissima Nephthalim prognatū. ¶ Vnā nimirū quęstionem apud nonnullos subnasci intelligo: Num vel apud deū vel hoīes verè intersit, qua quis sit parentela & qua patria genitus, Atq; omnino interesse videri solet, vtpote quia nō absq; ratione scripturā vbiq; tam accurate meminit loci & parētelæ eor, quos cōmendat vel vituperat,argumēto fortassis,quod iñ quispiā cōmendari possit aut vituperari. Accedit q̄d & Apl'us se de natiōe & parētela gloriat apud Corinthios, inquiens: Hebræi sunt & ego, Israhelitæ sunt & ego. Semen Abrahę sunt & ego &c. Sic idem ad Titū scribēs,hortat ipm(quū esset Cretæ Episcop')vt eos Cretēses serio increparet,q̄tenus essent in fide firmi, fideles, veraces ac probi,ne locus esset vero alioqui testimonio,q̄d quidam illor ,pprius ,pphera diceret, Cretēses semp mendaces,malæ bestię,ventres pigri:nimir subindicās perinde malos esse,qui de Creta sint oriundi. Ad quē pene modū alias Nathanael ad Philippū nuper in Apostolatū à Christo accersitū ait, A Nazareth potest aliquid boni esse? Qui & ipse videt innuere, posse quēpiā à loco vel cōmēdari vel improbari. Itē'q; à parētela. Sic alibi Iudęi ob Christū vilipendendū dicūt: Nōne hic est filius Ioseph,cuius nos nouim' patrē & matrē? En & isti hic innuūt,quempiā hoc esse nobiliorē vel ignobiliorem,q̄d habeat patrē nobilē vel ignobilē. ¶ At quibus nō distantibus r̄ndendū existimauerim, Planè nihil apud deum referre,quo quis sit loco natus aut patre,sed

2.Cor. 11

Titi 1.

Iohan.1.

Lucæ.4.

Iohan. 6

tre,sed

Leui. 19. tre, sed eum coram illo esse nobilē & magnū, qui ipsi-
Act. 10. us obseruat voluntatē. Petro alibi dicente: In veritate
Rom. 2. comperi, quia nō est acceptor personarum deus, sed in oī
Colos. 3. gente, qui timet eum, & operatur iustitiā, acceptus est
illi. Et Paulus ait: Apud deū non est Gentilis neq; Iudæus, circuncisio & præputiū, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed oīa & in oībus Christus. ¶ Vnde patet nihil referre, vnde quis sit oriundus, aut quo natus patre, sed magis quē quæq; prima filiū genuerit, à quo illa potius sit dicenda nobilis, arguente idipsum ꝓpheta, ad Bethlehemem proclamāte: Et tu Bethlehē terra Iuda, nequaq̄ minima es in principibus Iuda. Ex
Miche. 5 te enim exiet dux, qui regat populū meum Israel. Sic alibi
Matt. 2. poeta Martialis, felicem adfirmat esse Veronam, quia Catullū, Mantuā, quia Maronē, Patauiū, quia Liuium, Stellam & Flaccū, Pelignū quia Nasonem, Cordubam quia duos Senecas & Lucanū, Bilbilem quia Martialē genuerit ac habeat. Inde dici vulgò cœpit nō à loco homo, sed ab hoīe locus nobilitatur. Hinc & M. Varro
Marc. li. 1. Epist. tradit septem vrbes certasse de patria & stirpe Homeri doctiss. poetæ. Hinc & Germaniā dicunt bibulam,
Gel. li. 3. capit. 10. Franciā incestam, Hispaniā rapacem, Britanniā edacē, non vtiq; quia regiones illæ natura tales hoīes procreent, sed potius quia hoīes inibi habitātes, ipsas ignobilitent, qm̄ plures q̄ alibi indulgeant bibitionibus, incestui, prædę, & edacitati. Sic rursus eędem prouinciæ à laudatis hoībus commendantur, ita quod Germania constans olim, Gallia equestris, Hispania militaris, Britannia vrbana, Italia ingeniosa & industria, nō quod tales omino terra producat, vtcunq; cæli inibi terræq; natura influat, verū quia & mortaliū ratio atq; labor illuc præcipue conetur. Astra quippe inclinare credunt, nō aūt

non aũt cogere. Quãdoquidẽ ille dixerit: Sapiens dominabit astris. Nulla quidẽ neq; terræ, neq; cæli (vnde sua est terræ operatio) tanta est vis, tantoperéq; in corpus ipsum dñatur, cui ratio Deo inprimis adiuuante, resistere nõ possit. Siquidẽ ait irrefragabilis scriptura: Nonne si bene egeris recipies? Sin aũt male, statim in foribus peccatũ tuum aderit. Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius Sed de vi sydeꝛũ cælestisq; constellationis, copiosior fortassis alibi opportunitas erit disputandi. ¶ Hoc sufficerit loco, scire neminẽ, qui per se sit vitiosus, rectè ab ipso, vnde natus est, loco laudari posse, sicetiam nec à parentela, vtcunq; laudatissima, sed à prole potius ipsum laudari posse parentẽ, Sic aliàs mulier illa euãgelica diuam virginẽ, quia Christum. s. tantũ filiũ genuerat, suspiciebat simulq; extollebar, inquiens: Beatus venter qui te portauit, & vbera q̃ suxisti. Sic & filius sapiens, ait scriptura, gloria est patris, & confusio patris, est de filio indisciplinato. Gene. 4. Lucæ, 11. Eccle. 22

¶ Non est igitur quod quispiã, quum vitiosus sit, suam velit duntaxat gloriã & nobilitatẽ à parentibus deducere, indeq; gloriari: tum quod si parentelã respexerimus, pares oẽs sumus, qm̃ ab vno patre Adamo oẽs sumus geniti, cuius & tota conditio in nos profluxit. Sicut em̃ nudus ille natus, sicut fortunæ periculis & miserijs ac morti & peccato expositus fuit, indeq; nudus decesserit, perq; se & de suis opibus deo alibi coactus est rationẽ reddere, Sic & nos, vel q̃libet nobiles vel ignobiles, nudi nascimur, nati & viuẽtes periclitamur, peccamus, & quidẽ citra discrimẽ oẽs duriter morimur, nihil reportaturi hinc, singuli de seipsis deq; suis operibus alibi deo rationẽ reddituri. Et hoc est quod olim ad Romanũ Ponticum, de maiorũ nobilitate superbien Malac. 2 Iob. 1. 7. 14. Iuuenalis Sa. 8.

Leui. 19. tre, sed eum coram illo esse nobilē & magnū, qui ipsi-
Act. 10. us obseruat voluntatē. Petro alibi dicente: In veritate
Rom. 2. comperi, quia nō est acceptor personarū deus, sed in oī
Colos. 3. gente, qui timet eum, & operatur iustitiā, acceptus est illi. Et Paulus ait: Apud deū non est Gentilis neq; Iudæus, circuncisio & præputiū, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed oīa & in oībus Christus. ¶ Vnde patet nihil referre, vnde quis sit oriundus, aut quo natus patre, sed magis quē quæq; prima filiū genuerit, à quo illa potius sit dicenda nobilis, arguente idipsum ꝓpheta, ad Bethlehemem proclamāte: Et tu Bethlehē terra Iuda, nequaq̄ minima es in principibus Iuda. Ex
Miche. 5 te eñ exiet dux, qui regat populū meum Israel. Sic alibi
Matt. 2. poeta Martialis, felicem adfirmat esse Veronam, quia Catullū, Mantuā, quia Maronē, Patauiū, quia Liuium, Stellam & Flaccū, Pelignū quia Nasonem, Cordubam quia duos Senecas & Lucanū, Bilbilem quia Martialē genuerit ac habeat. Inde dici vulgò cœpit nō à loco homo, sed ab hoīe locus nobilitatur. Hinc & M. Varro
Marc. li. 1. Epist. tradit septem vrbes certasse de patria & stirpe Homeri doctiss. poetæ. Hinc & Germaniā dicunt bibulam,
Gel. li. 3. capit. 10. Franciā incestam, Hispaniā rapacem, Britanniā edacē, non vtiq; quia regiones illæ natura tales hoīes procreent, sed potius quia hoīes inibi habitātes, ipsas ignobilitent, qm̄ plures q̄ alibi indulgeant bibitionibus, incestui, prædę, & edacitati. Sic rursus eędem prouinciæ à laudatis hoībus commendantur, ita quod Germania constans olim, Gallia equestris, Hispania militaris, Britannia vrbana, Italia ingeniosa & industria, nō quod tales oīno terra producat, vtcunq; cæli inibi terræq; natura influat, verū quia & mortaliū ratio atq; labor illuc præcipue conetur. Astra quippe inclinare credunt, nō aūt

non aũt cogere. Quãdoquidẽ ille dixerit: Sapiens dominabit astris. Nulla quidẽ neq; terræ, neq; cæli (vnde sua est terræ operatio) tanta est vis, tantoperéq; in corpus ipsum dñatur, cui ratio Deo inprimis adiuuante, resistere nõ possit. Siquidẽ ait irrefragabilis scriptura: Nonne si bene egeris recipies? Sin aũt male, statim: in foribus peccatũ tuum aderit. Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Sed de vi syderũ cælestisq; constellationis, copiosior fortassis alibi opportunitas erit disputandi. ¶ Hoc suffecerit loco, scire neminẽ, qui per se sit vitiosus, rectè ab ipso, vnde natus est, loco laudari posse, sic etiam nec à parentela, vtcunq; laudatissima, sed à prole potius ipsum laudari posse parentẽ. Sic aliàs mulier illa euãgelica diuam virginẽ, quia Christum. s. tantũ filiũ genuerat, suspiciebat simulq; extollebat, inquiens: Beatus venter qui te portauit, & vbera q̃ suxisti. Sic & filius sapiens, ait scriptura, gloria est patris, & confusio patris, est de filio indisciplinato.

Gene. 4.

Lucæ, 11.
Eccle, 22

¶ Non est igitur quod quispiã, quum vitiosus sit, suam velit duntaxat gloriã & nobilitatẽ à parentibus deducere, indéq; gloriari: tum quod si parentelã respexerimus, pares oẽs sumus, qm̃ ab vno patre Adamo oẽs sumus geniti, cuius & tota conditio in nos profluxit. Sicut eñ nudus ille natus, sicut fortunæ periculis & miserijs ac morti & peccato expositus fuit, indéq; nudus decesserit, perq; se & de suis opibus deo alibi coactus est rationẽ reddere, Sic & nos, vel q̃libet nobiles vel ignobiles, nudi nascimur, nati & viuẽtes periclitamur, peccamus, & quidẽ citra discrimẽ oẽs duriter morimur, nihil reportaturi hinc, singuli de seipsis deq; suis operibus alibi deo rationẽ reddituri. Et hoc est quod olim ad Romanũ Ponticum, de maiorũ nobilitate superbien

Malac. 2
Iob. 1. 7. 14.

Iuuenalis Sa. 8.

perbientem Iuuenalis dicebat. Et tamen vt longe repetas, longeq́ reuoluas, Nomen ab infami gente, deducis Asylo. Maiorum primus, quisquis fuit ille tuorum, Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

¶ Absit igitur de parentum vel ideo nobilitate gloriemur & superbiamus, tum quod vera laus non aliunde sed à propria debet virtute procedere. Vnde omnis est nata & nascitur nobilitas, quæ vnica virtus est, Et ita nimirum vera nobilitas non hæreditaria est, neq; à parentibus testamento relinquitur, tanto proinde quis est nobilior, quanto est virtuosior, qui si propria virtute caruerit plane ignobilis est censendus. Quid enim obsecro, inquit Gregorius Nazianzenus, ad nos maiorum virtutes ac bona, si nos ignaui fuerimus ac socordes? An non turpe cum quis, quū quis quærit ornatum & pulchritudinem extrinsecus ab alijs quærere ac mutuari? Cui nō secus cōtinget demum ac corniculæ pennis alienis denudatæ, quæ vidētibus risum mouit. Sane colores & formas & equos nō aliunde q̄ ex seipsis probare solemus. Sic & hoīem ex sua nō alterius virtute probamus & vere nobilē existimamus. Et ita non negamus nobilitatem ciuilem esse qualitatē, qua quis præ cæteris vltra plebeios, honestat, & nō nisi à virtute primū deriuasse, & propter vitia cessasse. Sic Sem filius Noe ob suæ singularis virtutis exhibitionem in patris sui denudationem pater ostensam nobilior inter fratres perpetuo sibi retinuit nobilitatis famosæ posteritatē. Cham vero derisor patris vitio meruit ingratitudinis iugiter per filios & filiorum filios vsq; modo seruilem pati rusticitatē. Sic & postea imperatores & reges quos probarunt insignibus nobiles, non nisi virtutibus vel certe prætextu

Gene. 9.

virtu-

virtutũ nobiles probarunt, vt quia illi in re aliqua singulariter, virtuose se gesserint, vt suo tempore hac de re latius disputabo in lib. de nobilitate. Sed aiunt isti Thrasones gloriosiores. ¶ Primo, quur ergo Ap̃lus ã gente & parentela, vt dictum est, gloriabatur? Respõderim Paulum se inibi non gloriatum esse à parentela & gente, quasi inde esset aliqua vera gloria, sed vt refelleret Pseudapostolos, qui vt populo vehementius sua falsa dogmata intruderent, vti aliis maiores gloriabantur de stirpe & loco. Quod si inde Corinthii libentius erant accepturi dogmata, quanto libentius acciperé debuerint à Paulo, qui in nulla nobilitate terrena erat Pseudapostolis ignobilior, sed vndecunque multo melior. Hinc idem non à parentela gloriatur, quod inde vera sit gloria sed potius arguit non esse inde gloriandum, nisi pro veritate, & vel necessitate, & vtilitate publica cogente. Sic Christus alibi se mundi lucem perinde gloriabundus vocat. ¶ Secundo, nec est, quod idem alias exprobrat Cretensibus vitia, quasi hæreditaria à loco, quod & idem Iudæi fecerunt, sub iudicantes Christum vel ideo fuisse viliorem, quia ex Galilæa, & ex modicis esset natus parentibus. Siquidem respondeo Iudæos ex inuidia & iuxta vulgi opinionem Christo parentes obiecisse, qui & eos exiguos ducebant, quia exigua essent prognati stirpe & loco quod tamen re ipsa falsum esse ostendimus, tum quod locus non dat nobilitatem homini sed homo loco: tum quod aliter experientia perdocet, quoniam plerosque scimus etiam nobilissimos, qui nati ignobili loco in clarissimos viros euaserunt. Quis enim ignorat Tullium Hostilium regem Rhomanorum tertium ex rasoria stirpe natum? Nonne à merca-

2. Cor. 11

Iohan. 8
Titi. 1.

Lucæ. 4.
Iohan. 6

Valeri. Max. li. 3. ca. 4. Tit. Li. li. 1. dec. c. 1.

mercatore Demarato natus fuit Tarquinius Priscus,
Pli. li. 7. c. 27. quintus deinde Rhomanorum rex? Nonne & Tullius
Seruius ex seruili stirpe natus ipse deinde rex fuit Rho?
Plutar. Eius nobilior olim M. Portio Cathone, qui tamen &
Tusculanus, ab oppidulo ignobili Tusculo dictus, &
Portius appellatus, quia natus ab Agricola, & ipse por
corum pastor fuerit? Et Cicerone quis clarior? & tamē
Pli. 7. ca. 30. cuias fuerit, cognomen Cicero testatur. Sanè ij om̄es
& illud genus perq̄ plurimi de paruis locis & parenti-
bus nati, euasere maximi. Quod & sacræ literæ testari
possunt, in quibus & pariter eiusmodi est inuenire.
Vnde & Moses ille, inclytus dux Israhelitici populi,
nonne ex pastore dux est factus? Vnde Ioseph ille
Gene. 37 Aegypti primus apud Pharaonem, nonne & ipse
1. Re. 4. ex pastore tantus est factus? Nonne Saul de post asi-
1. Re. 9. nas in regem adsumptus est? Et Dauid de post fœtan-
tes rex electus? Cuiusmodi & alios esset recensere,
sed temporis breuitas alio cogit. Sat erit ex ijs scire,
citra discrimen magnos & paruos ex paruis & ma-
gnis locis ac parentibus originem trahere, & inde Iu
dæos falso & inuidiose Christo (qui tamen ex Daui
dica fuit stirpe prognatus) tenuitatem parentum
obiecerunt & loci. ¶ Ad verba Pauli non est, quod
multis respondeatur, qm̄ Cretenses nō ideo vituperat,
qm̄ in Creta sint (quæ certe nobilissima est insula) sed
quia vsq; adeo vitijs & mendacijs dediti, vt in prouer-
bium abierint. Hortatur ideo Titū, vt ipsos ad melio-
ra reducat, quo deleant tam vitiosum de se verbū &
testimoniū, quod quidā eorū propheta dicit. ¶ Ter
tio nō obstat, quod scriptura passim vitas quorundā
& mores descriptura, eorū primo plerumq; semper
notat parentes vel nobiles vel ignobiles. Respondeo,
scriptu-

scripturam eo pacto nos docere. ¶ Primo (vt ait Ambrosius) nõ secundũ mores in ijs, qui prædicabiles sunt, sed etiam parentes oportere laudari, vt veluti transmissa immaculatæ puritatis hæreditas in ijs, q̃s volumus laudare, præcellat. Non eñ debet sua laude virtus vel in demortuis priuari. Vnde scriptura: Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. ¶ Secundo, vt conemur eos, qui bene prę decesserunt, sequi, virtutẽ eorum vel æquare vel superare: quod facile fiet, vbi naturã ducem sequemur, qua fit vt bona arbor, fructus bonos proferat. Et hoc est quod Apostolus dicit: Memẽtote præpositorũ vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbũ dei, quorũ intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Sane nihil æque est contra naturã atq; si bona arbor malos faciat fructus, id est, si filij efficiuntur improbi, quorũ probi fuere parentes, ac ita degenerant, vt sæpe fit. Nec quicq̃ æque naturale, ac si quis probus est ex probis parentibus, nihilq; pulchrius, q̃ si nobilitas nobilitati additur. Tum quidẽ virtus in eo, qui à nobilibus est parentibus, nõ aliter elucet atq; gemma in auro, vel aurũ in ebore. Gratior eñ inquit Poëta est pulchro veniẽs è corpore virtus. Studeant proinde filij virtute, parentum nobilitatẽ conseruare & augere, quẽadmodum olim Rhomanos factitasse Salustius docet. ¶ Tertio, vt si parentes improbi & vitiosi fuerint, nos eam improbitatẽ & vitij maculã nostris virtutibus conemur detergere: quãdoquidẽ parentũ alioqui macula, nobis opprobrio esse soleat, scriptura dicente: Ne glorieris in cõtumelia patris tui, nõ eñ est tibi gloria, sed confusio. Gloria eñ hoĩs ex honore patris sui, & dedecus filij, pater sine honore. ¶ Quarto docet scriptura

Amb. su per Lucã ca. 1.

Eccl. 43.

Matt. 7.
Lucæ. 6.
Hebr. 13.
Matt. 7.

Eccle. 3.

 adhunc

2.Cor.12 ad hunc modũ, vt parentes bene ac probe viuant, vt fi
lijs posteris probitatis exemplũ præbeant, & non sint
causa & confusio filiorũ malorũ, vt ira & suam & filiorũ
post mortẽ luant pœnã. Qualis nõ fuit Tobias, vtpote
qui à nobilibus ortus parentibus, se quoq; ad omnem
veram nobilitatẽ filio suo reliquit exemplũ. Sequitur
4. Re.18 eñ in hoc periodo, quod quũ captus erat &c. ¶Pro-
sapia nſmiis & patria Tobiæ senioris positis, ilico sub-
iungit scriptura vitæ eius sanctimoniã & innocentiã
in eo, vtpote inprimis, quod in captiuitate detentus vi-
am veritatis haud deseruerit. Viam aũt veritatis dici-
mus obseruantiã dei mandatorũ, quæ oĩa sunt veri-
Psal.118. tas iuxta prophetam dicentẽ: Oĩa mandata tua veri-
Deut. 6. tas. Mandata aũt dei sunt: Diligẽs dñm deum tuũ ex to
Mat. 22. to corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua,
& ex oĩbus viribus tuis. Hoc est maximũ & primum
mandatũ. Secundũ autẽ est simile huic: Dilige proxi-
mum tuũ sicut te ipsum. Quam sane viã veritatis tunc
nõ deseremus, quũ à fide & charitate in deũ & proxi-
mos adeoq; à dei mandatis nullo neq; tempore neque
loco neq; modo vel q̃libet prospero vel aduerso vr-
gente discesserimus, verũ in finẽ vsq; constantes in fi-
de & dilectione dei mandatis perseuerauerimus. Ad
quã viæ veritatis constantiã hortatur dñs post multas
iam enarratas contra discipulos futuras tribulationes
Mat.10. & aduersitates, dicens: Nolite timere eos, qui occidunt
24. corpus, animã autẽ nõ possunt occidere, sed potius ti-
Marc.13 mete eum, qui potest & animã & corpus perdere in ge
Lucæ.12. hennã. Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit.
Quo quidẽ modo viam veritatis apostoli nõ deserue-
Actuũ.5 runt, quãdo etiam gaudentes à conspectu concilij ab-
ierint, quũ digni haberent pro noĩe Iesu contumeliã
pati,

pati, in persona Pauli aliàs dicentes: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an persequutio? an periculũ? an gladius? Certi sumus, quod neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quę est in Christo Iesu dño nostro. Sic pariformiter viã veritatis nõ deseruit dignissima Christipara virgo Maria, quãdo vel sola inermis muliercula ab om̃ibus derelicta iuxta crucẽ filij in suprema passione tanto etiã dolore constantissima stetit, vt animã ipsius pertransiret doloris gladius. Sic Iohannes Baptista viam veritatis non deseruit, qui propter iustitiã & veritatẽ nõ dubitauit mortẽ in carcere obire. Sic Iob patientiss. viam veritatis nõ deseruit, quũ in om̃ibus suis angustijs & aduersitatibus multò maximis nõ peccauit labijs suis, neq; stultũ quid contra deũ loquutus est. Sic martyres quiq; pijssimi viam veritatis haud deseruere, quando, teste scriptura, aduersus eos, qui se angustiauerunt, in magna constantia steterunt. ¶ Inter quos merito recensendus est, sanctus ille pater Tobias, qui, vt palã testatur scriptura, propter deum verũ in captiuitate crudeli detentus tantũ abfuit, vt à via veritatis deficeret, vt etiam quotidie suis concaptiuis fratribus, quicquid habere poterat, impartitus sit, veluti paulopost singula sigillatim discutiemus. ¶ Iam vero, quis nõ nostram hodie deploret nõ dico pusillanimitatẽ sed leuitatem & inconstantiã, qua pleriq; ex nostris nullo adhuc miraculo prouocati, nec aliquo tormentorꝝ genere deterriti, nõ solum viam veritatis, sed & veritatẽ ipsam, ipsissimũ. s. Iesum Christũ vel à limine deseruerunt,

Rom. 8.
Ioha. 19.
Lucæ. 2.
Marci 6.
Iob 1.
Sapien. 5

runt,& à vera ipsius eademq́ pristina religione prorsus defecerunt. ¶ Proh fidẽ nostrã atq́ constantiam infidelissimã, & inconstantiss. quid facturi essemus in eis diebus nouissimis? quæ profecto fores pulsãt, in quibus, Christo adfirmante, tam magna erit tribulatio, qualis ab initio mundi vsq́ modo nõ fuit, nec vnquã futura. In quibus inquã, fidei hostes tot instabunt aduersum Christianos fraudibus ac tormentorũ generibus, vt nisi iidem dies abbreuiarent, nõ fieret salua oĩs caro: vtpote, in quibus tam vehementes & tam fraudulenti surgent Pseudochristi & Pseudoprophetæ, vt etiam suis technis ac dolis simulq́ signis & prodigijs electos in errorẽ sint inducturi, verũ propter eos electos breuiabunt à deo dies illi. ¶ Quid igitur aliud nobis faciundũ, q̃ vt de peccatis nostris, quibus deum tantopere indies offendimus, ex animo pœnitentes, Christo alibi monente, attendamus, ne forte corda nostra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ grauentur, & superueniant in nos repentini & nouissimi dies illi, at vigilemus omni tempore orantes, vt digni habeamur fugere ista omia, quæ futura sunt, stare ante filiũ hoĩs, nõ deseramus viam veritatis, verũ iuxta Apostolum stabiles simus & immobiles, abundantes in omni opere dñi, semper scientes, quod labor noster non est inanis in dño. Id quod sciens Tobias ille sanctus, etiam in captiuitate durissima detentus, bene agere propter deum nõ cessauit, qui erga suos misericordiã, etiam rege nostro eodemq́ tyranno crudeliss. repugnante, exercuit, vt plane historia perdocet hoc loco. ¶ Ex q̃ quidẽ loco in quæstionẽ duo veniunt. ¶ Primo sane quũ duplex fuerit filiorũ Israhel captiuitas, de qua debeat intelligi hæc Tobiæ captiuitas? Respondendũ

Mat. 24 Marc. 13 Lucæ, 21 Lucæ 21. 1.Cor.15

puto, non de prima posse intelligi captiuitate,qua filij Israhel capti sunt à rege Assyriorũ Teglatphalasar, de q̄ in quarto libro regnorũ,capite quintodecimo: verum de secunda captiuitate,quã fecit rex Assyriorũ Salmanasar,anno Ezechiæ regis Iuda sexto cœptam,& satis serò finitã,de qua ita in regnorũ libro traditur: Anno sexto Ezechiæ, id est, nono anno Oseæ regis Israhel, capta est Samaria, & transtulit rex Assyriorũ Israhel in Assyrios,collocauitq́ eos in Aila, & in Habor fluuijs Bozan,in ciuitatibus Medorũ, quia nõ audierunt vocẽ dñi dei sui,sed prætergressi sunt pactũ eius.Omnia,quæ præceperat Moses,seruus dñi,nõ audierunt neq; fecerũt.Et hęc quo ad primã quęstionẽ,cui succedit altera, qua ¶ Quæritur:Num in exercendo opere misericordiæ habenda sit personarũ ratio? Ita, vt amicis potius q̄ ijs,qui nulla sunt nobis sanguinis adfinitate coniuncti,benefacere obligemur? Respondeo,nos ad omnibus benefaciendũ pro virili obligari,ita quidẽ, vt sim⁹ perfecti sicut & pater noster cælestis perfectus est, qui solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Id quod vel ex intima quadã naturæ ratione facere obligamur,quod hoĩes sumus omnes, ab humo procreati & dicti, quæ nihil cuiq̃ eripit,sed oĩa largitur oĩbus,& diuersos in vsum oĩm animantiũ fructus ministrat. Inde & appellata, inquit Ambrosius,humanitas, specialis & domestica virtus hoĩs,quæ consortẽ adiuuet. Quod & forma nostri corporis nos docet,membrorũq; vsus, quandoquidẽ mutuo se membra iuuent indiscriminatim. Sic & ipsi,quia inuicem vnius corporis membra sumus, certe lex naturæ exigit,vt si quid dolet membrũ vnum,compatiãtur ei membra omnia:quæ nimirũ lex pariterq; nos ad

4.Re.15 · 4.Re.18 · Matt.5. · Lucæ 6. · Gene. 2. · Sapi. 10. · Amb. li. 3.off. c.3 · 1.Cor.12

omnem ſtringit humanitatẽ, vt alter alteri tanq̃ vnius partes corporis inuicem deſeramus. Sic enim naſcimur, vt conſentiant membra membris, & alterũ alteri adhæreat, & obſequant ſibi mutuo miniſterio. ¶ Cæterum negari tamẽ nõ poteſt hac in parte, quin vti in corpore plus vni q̃ alteri membro ſuccurrat, habeatq; inibi conditionis membrorũ ratio, ſic quoq; haberi aliquam inter nos in exhibenda miſericordia rationem, vtpote pro fidei cauſa, loco & tempore. Quo ſane modo etſi omnibus debetur miſericordia, tamẽ iuſto amplius fideli & conſanguineo indigenti, maxime, vbi cauſa vel tempus vrgeat neceſſitatis. Et hoc eſt, quod

Gala. 6. Apoſtolus ſerio hortatur, inquiens: Ergo dum tempus habemus, operemur bonũ ad omes, maxime autẽ ad domeſticos fidei. Nimirũ ſubindicans, charitatẽ eſſe ordinatã, vt proximis ſeu neceſſariis primũ ſuccurramus. Hinc ſcriptura dicit, Tobiã, omia, quæ habere potuit, quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, ſubminiſtraſſe. Et profecto grandẽ eſſe culpã putauerim, ſi ſciente te fidelis aliquis & maxime conſanguineus egeat, fame laboret, ærumnã patiatur, qui præſertim egere erubeſcat, & præſertim qui in eam egeſtatem, non ſua, ſed fortunæ, deo ex ignota nobis cauſa permittente, ſed captiuitatis, ſed calumniæ culpa. cecidit: cui vtiq; potius q̃ extraneo ſubuenies, vt inopiam ſubleues, nõ vt ipſum diteſcas in eo, quod conferre poſſis deinde inopibus: id quod nõ æque nunc ab omibus fieri nõ ſine animi dolore video: quandoquidem qui pleroſq; intelligã ſuis vel q̃libet diuitibus cum aliorum iactura largiri, quo nihil magis contra naturam, qui & ſuæ largitatis hoc modo in amicos non modo nullã à deo habituri ſunt mercedẽ, ſed quos crudelis

pœna

pœna expectat, vt suo aliâs loco latius disputauimus, nunc contenti exemplo sancti Tobiæ, qui concaptiuis fratribus. s. ob verā religionē, qui ex eius erant genere, quæ habere potuit, misericorditer exhibuit.

Periodus II.

Cumq; esset iunior omnibus in tribu Nepthali, nihil tñ puerile gessit in opere. Deniq; cū irent omnes ad uitulos aureos, quos Hieroboam fecerat, rex Israel, hic solus fugiebat consortia omniū, & pergebat ad Hierusalē, ad populum dñi, & ibi adorabat dñm deum Israel, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens, ita ut in tertio anno proselythis & aduenis ministraret omnē decimationē. Hæc & his similia secundum legem dei puerulus obseruabat.

¶ Post generalē vitæ sanctimoniæ Diui Tobiæ descriptionē, descendit ad eiusdem vitæ descriptionē specialem scriptura. Primū, q̃ pie puer adhuc vixerit ostendens, simulq; inibi arguens, quæ inprimis pueris & adulescentibus ad bene beateq; viuendū conueniant, & hæc quidē exēplo Tobiæ, qui puer adhuc & in ephœbis agens, ita se in omnibus & ad omnia gessit, vt tamen nihil interim quod pueritiam sapuisset, egerit, vtpote ætate puer sensu vero & opere iuuenis idemq; vir. Qualem profecto fuisse nisi quadā singulari gratia intelligere haud quimus, qui in hoc laudis genere Paulo olim adhuc Saulo longe præstitit, quādoquidē ad Co-

1.Cor. 13 rinthios scribens dixerit: Cum essem paruulus loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Cum aũt factus sum vir, euacuaui, q̃ erãt paruuli. Atq multo secus de Tobia adfirmat scriptura, dicẽs eũ puerũ adhuc ætate, nihil puerile in opere gessisse. ¶ Eheu q̃ multo distant nostro seculo pueri nõ modo à puero Tobia sed & à Paulo puero, qui vtinã vere ac probe puerilia gererent, si virilia nõ possent aut vellẽt, puerilia dico cuiusmodi sunt baculo aliquoties equitare, bellũ gerere more militũ, sacris operari sub typo, ludere globulis, & si qua sunt hoc genus alia minus vitiosa: verũ nunc pueros videmus ea perpetrari, quæ nec bonorũ puerorũ nec proborum sunt virorũ, veluti sunt perniciose ludere, blasphemare, superbire, crapulari, bibere, comessari, hocq; genus infinita alia peccata, à quibus adulti merito, natura insinuante, abhorrere debuerint: Qui etiamnũ pueri etiam aliquãdo viri facti nõ ea, quæ puerorũ sunt, deponunt cum Paulo sed pueri moribus manent, sponte subituri plagã centenarij pu-

Esaiæ 65. eri illius, de quo scriptura ait: Puer centũ annorũ morietur, & peccator centũ annorũ maledictus erit. Pueri vero centũ annorũ perinde in prouerbio sunt, qui etsi puerilem & iuuenilẽ ætatem supergressi virilem attigerint ætatẽ, nihil tamẽ quod viro dignũ sit agunt, sed se in omnibus vt imprudentes stolidiq; paruuli gerunt.

1.Cor.14 Sed Apostolus longe aliter monuit inquiens: Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus aũt perfecti estote, Cuiusmodi fuit vere Tobias ille, qui & per ætatẽ, quæ puerilis fuit, & per malitiam quæ in eo nulla erat puerulus fuit, sensu vero & opere propemodũ vir fuit. Et talem se quidẽ inter cætera duobus pijssi. operibus exhibuit. ¶ Primo quod ipse,

ipse,cæteris ad idololatriã deficientibus à vero vnius dei cultu,solus in latria pius ac fidelis perseuerauit, nõ adorans cum aliis vitulos aureos, quos Hieroboam, Deu.4.6 rex Israel,fecerat,nimirũ nõ immemor scripturæ,dicentis: (quã & alibi Christus repetit) Audi Israel, dñs deus vester,deus vnus est, & non est alius præter vnũ,& ipse est dñs in cælo sursum,& in terra deorsum,& non est alius,illum timebis,& illi soli seruies. Et alio in loco Non habebis deos alienos coram me.Nõ facietis deos argenteos,nec deos aureos facietis vobis: quãdoquidem,inquit Psal.Deus in cælo est,quia omia quæ voluit,fecit, Simulachra gentiũ argentũ & aurum,opera manuũ hoim:os habent & nõ loquent, oculos habent & nõ videbunt: Aures habent, & non audient, nares habent & nõ odorabunt, manus habent & nõ palpabunt &c. Quã sane legis diuinæ scripturã Apostolus sequutus ad Athenień ait:Deus qui fecit mundũ, & omnia quæ in eo sunt,hic cæli & terræ cum sit dñs, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur,indigens aliquo,cum ipse det oibus vitam & inspirationẽ & omia,fecitq; ex vno ome genus hoim, inhabitare super vniuersam faciẽ terræ, definiens statura tempora,& terminos habitationis eorũ,quærere deum,si forte attrectent eum aut inueniant,q̃uis non longe sit ab vnoquoq; nostrum. In ipso eñ viuimus & mouemur & sumus. Ipsius eñ genus sumus. Genus ergo quum simus dei,nõ debemus æstimare auro & argento,aut lapidi,aut sculpturæ artis & cogitatiõis hominis diuinũ esse simile. Impiũ igitur & maximũ scelus est atq; pessimũ peccatũ,relicto vero deo adorare creaturas eiusmodi,velut olim Iudæi factitauere, qũi vitulum ex auro conflatilem adorarunt,quorum ideo die Exo. 32.

Matt. 4. · Exo. 20. · Psal. 113. · Actu. 17

vna à filijs Leui qui nō apostatauerant Mose duce, viginti tria millia hoīm interfecti & trucidati sunt, delendiq; fuissent longe plures à deo, nisi gratiā ab ipso Moses dux fidelis continuis & deuotis precibus impetrasset, vitamq; propter idem peccatū varie deus tum & postea Iudæos visitauerit: vt ex verbis eo in loco facile quis conicctat. ¶ Quā vero deus ipse Max. pro ijs adsit, qui in eius cultu pie perseuerant, non deficientes à vera religione, mirabiliter arguit in tribus

Danie. 3. illis Hebraicis pueris Sidrac, Misac, & Abdenago, qui quū nollent à veteri religione veroq; diuino cultu recedere, neq; adorare cum alijs auream statuā, quā constituerat vt adoraretur, Nabuchodonozor rex, colligati in mediū fornacis ignis ardentis missi sunt: quos ita lætos & immunes ab om̄i dolore deus opt. præseruauit, vt in summa constantia vno ore deū laudantes, ei hymnū cecinerint, dicentes: Benedictus es dn̄e deus patrum nostrorum, & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in secula. Quādoquidē angelus dn̄i descenderat cum Azaria & socijs eius in fornacē, & excusserat flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi vētū roris flantē, & nō tetigit eos om̄ino ignis, neq; contristauit, nec quicq̄ molestiæ intulit. Quod videns rex iussit eos inde eximendos, adorans & ipse deum vnū verum dixit: Benedictus deus eorū, Sidrac videlicet Misac & Abdenago, qui misit angelū suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum, & verbum regis mutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent, & ne adorarent om̄em deum excepto deo suo, qui solus est deus & nō alius, qui apud me signa fecit & mirabilia. ¶ Sic nimirū Christus suos discipulos & omnes martyres adhortatus est, ne vllo modo à fide & vero dei cul-

dei cultu deficerent,qm̃ eos esset ab om̃i supplicij dolo Mat. 10
re conseruaturus,modo constantes manerent,dicens: Lucæ 12.
Et nolite timere eos,qui occidunt corpus, animã autẽ
nõ possunt occidere,sed potius timere eum,qui potest
& animã & corpus perdere in gehennã. Nonne duo
passeres asse veneunt?Et vnus ex illis non cadet super Lucæ 21.
terram sine patre vestro. Vestri aũt capilli capitis oẽs
numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus
meliores estis vos. Et iterũ:Et capillus de capite vestro
nõ peribit. Et hoc est, quod & alias gaudentes iuerint
à conspectu concilij,qm̃ digni habiti sint pro nõie Iesu Actu. 5.
contumeliã pati. Siquidẽ iustorũ,inquit,scriptura, ani- Sapi. 3.5.
mæ in manu dei sunt,& nõ tanget illos tormentũ mor
tis. Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes il-
lorũ immortalitate plena est. In paucis vexati,in mul-
tis bene disponent,qm̃ deus tentauit eos, & inuenit il-
los dignos se,& tanq̃ aurũ in fornace probauit illos,q
steterunt in magna constantia aduersus eos, qui se an
gustiauerunt, alibi dicentes: Qm̃ probasti nos deus, Psal. 65.
igne nos examinasti,sicut examinat argentũ. Induxisti
nos in laqueũ,posuisti tribulationes in dorso uostro,
imposuisti hoĩes super capita nostra. Transiuimus per
ignem & aquã, & eduxisti nos in refrigeriũ. ¶ In-
ter quos sane merito, qui idipsum dixerunt, cõputari
queat Tobias ille senior,quẽ vsq; adeo deus tẽtauit, &
constantem in patientia tutatus est, quãdo solus fugit
idololatriã,cæteris deflectentibus, nolens adorare vi-
tulos aureos,quos Hieroboã fecerat,sed perrexit Hie-
rosolyma ibidemq; in templo dñi,dñm deũ Israel ado
rauit,iuxta Iudæorũ legem,qua (vt alibi ex disputatio
ne mulieris Samaritanæ cum Christo nõ obscure acci
pimus) cauebatur, vt adoraturus, in Hierosolymis in Iohan. 4

templo

templo dñi adoraret, quod à Daniele cœptũ Salomon consummarat, quo & Christus, legis cõsummator, plerumq; semper proficiscebatur, adoraturus & docturus. Hinc Euangelista alibi: Et, ibant, inquit, parentes
Lucæ. 2. eius per omẽs annos in Hierusalem in die solenni Paschæ. Et cum Iesus factus esset annorũ duodecim, ascẽdentibus illis in Hierosolyma secundũ consuetudinẽ diei festi, consummatisq; diebus cũ redirent, remansit puer Iesus in Hierusalẽ, & non cognouerunt parentes eius. Hanc profecto legem olim Iudæis inuiolabilem religiosissime obseruauit Tobias, qui vtcunq; puer adhuc, omibus alijs deficientibus, solus fugit consortiũ oĩm & perrexit Hierosolyma ad templum dñi, verum deum Israel ibi adorans, relictis idololatriæ vitulis aureis, quos Hieroboam rex Israel constituerat iuxta historiam, quæ in libris regnorum descripta sic habet.

3. Re. 12. 2. Parali. 10. 11. ¶ Hieroboam timens ne populus suus ad Roboam filium Solomonis deficeret à regno suo, vt eum nõ tam Roboam filio Solomonis detraheret, q̃ à veri dei cultu auerteret, in templo Hierosolymitano secundũ diuinam sanctionẽ exhibendo, constituit duos vitulos aureos in regni sui finibus, vnũ in Bethel, & alterum in Dan, ad quos adorandos, prætermisso deo, confluerets populus Israeliticus, vt certe confluebat maior populi pars, excepto quidẽ inprimis Tobia, qui cõstantissim⁹ antiquæ suæ religionis & fidei, solus oĩm .s. paucorũ, noluit adorare vitulos aureos, quos Hieroboam, vt populũ per eos sibi coniungeret, & à vero dei opt. cultu auerteret, in regni sui finibus erexit, dans omibus pueris exemplũ, vt si coram deo & hominibus, fideles ac probi manere velint, malorũ consortia vitent, siquidẽ cum bonis bonus eris, cum peruerso peruerteris. Hinc

Aposto

Apostolus: Denunciamus vobis, ait, fratres, in nomine dñi nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos, ab omni fratre, ambulãte inordinate non secundũ traditionẽ nostram. Hæc nimirũ primaria fuit Tobiæ virtus pietatis, quæ illũ arguit nihil plane gessisse puerile, vtcunq; puer esset ætate, atq; nunc virũ moribus æquaret, sileo pueros hoc tempore, à quibus haud ausim hanc ipsam primã desiderare virtutẽ, vt quæ etiam viris desit, vt paulopost ostendemus. ¶ Secundo Tobias ille senior idemq; puer adhuc, arguit se nõ puerilia tractare, qm iuste & fideliter decimarit, nimirũ sua primitiua, & decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno proselythis & aduenis ministraret omnẽ decimationem. Hæc & his similia secundũ legem dei puerulus obseruabat. Quo in loco primũ putauerim sciendum quid sit decima, de quibus dari debet decima, & quib9 & à quibus decima dari, & quare debeat dari, & an peccet nõ dans decimã, vbi ea dari nõ consueuit. Num & hodiernis temporibus merito decima detur sacerdotibus, & quid debeant sacerdotes facere de eo, q̃d abundet in decimis ipsorũ, vtpote qui alioqui adeo sunt diuites, vt plane nõ indigeant tantis decimis, quum inde superfluant. Est igitur quoad præsentẽ disputationẽ, ¶ Decima vna portio ex decem partibus alicuius rei in partes decem distributa, quæ ex terra prouenit. Quæ nimirũ decima pars rei prouentæ dari debet ¶ De omnibus fructibus, terrarũ, arborũ, hortorũ, nutrimentis animaliũ, lana, lacte, fœno, lignis, piscationibus, venationibus, siquidem lex dicit: Decimã partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascunt̃ ex terra, per singulos annos, separabisq; decimã frumenti tui, & vini & olei, & primogenita de armentis, & ouibus tuis, vt discas

2. Tess. 3.

16. q. 1. c. decime.

16. q. 7. quicunq; c. cõmissã de decimis.

Deut. 14

Leui. 27.

marum. ¶ Primo quatenus sibi decimas deus reti-
c.Tua de deci, nuit in signũ vniuersalis dominij, in quo ipsius versatur honor, quo quidẽ pacto decimam Papa nunq̃ potest vniuersaliter remittere, tum, quia ipse nunq̃ facere possit, vt honor nõ exhibeat creatori, tum, quod dare decimas etiam sit præceptũ morale, & quidem negatiuum, quod est irremissibile, vt est videre in hoc præcepto: Non habebis deos alienos. Et in alio: Honora patrem tuum & matrẽ tuam. Hæc nimiræ præcepta, q̃m moralia sunt decalogi, remissionẽ nõ admittũt: versatẽ
Exo.20. Deu.5.6 eñ in ipsis vtilitas hũana indispẽsabilis & honor dei irremissibilis, sicuti & in decimaræ pcepto honor dei, q̃tũ ad primã considerationẽ, versatur: ideo & ipsum, q̃ ad hanc partem, irremissibile est, nisi forte quid ex causa in eius locum, quod æquiualeret, succederet, q̃d æque foret vniuersalis dominij signũ, quod tam nõ potest remitti, q̃ fieri nequit, quo deus minus sit vniuersalis omnium rerum dñs & creator & conseruator. Et hoc est quod de præcepto merẽ morali & maxime negatiuo deus inquit: Non addetis ad verbũ, quod vobis lo-
Deut.4. quor, nec auferetis ex eo. ¶ Secundo, quatenus est in hoc præcepto personalis vtilitas, quæ prouenit ex solutione decimaræ, quæ concernit commodũ ecclesiaræ & clericoræ, quod.s. commodũ Papa, quũ sit generalis administrator & vicarius dei, potest in aliquibus & ad
1.q.7.c.Cõuenientibus §. Nisi iuris tempus dispensare, nõ tamẽ sine rationabili causa. Siquidem etsi Papa plenitudinẽ habeat potestatis, fungi tamen debet officio boni patrisfamilias & dispensatoris, dispensantis cuilibet quando & quõ oportet, iuxta illud dñi dicentis: Quis putas est fidelis dispensator
Mat. 24. & prouidens, quem constituit dñs supra familiã suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Et Paulus ait:
Sic nos

Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispen 1. Cor. 4
satores mysteriorum dei, & sic causa dispensationis erit 2. Co. 10
loco testimonij vniuersalis dominij. Ita nimirũ cõstat
ratione vtilitatis personalis, decimam aliquibus & aliquo tempore cum causa per Papam vel per ipsum accipientem decimas remitti posse. Adde quod & Papa suam habet à deo potestatẽ in ædificationẽ, non in destructionem. ¶ Argumento eius, quod olim Apostolus fecit, ille quidẽ necessaria corporis à Corinthijs non accepit de sua prædicatione, pro qua tamẽ ex lege diuina accipere potuit, nõ tamen accipiens non peccauit, nec peccauit, qui non dedit, modo malus abfuerit animus. Et ita Paulus nõ accipiebat, quod sibi debebatur, ne daret Euangelio scandalũ. Sic & rectores forte non recte exigerent decimã, vbi illa dari ex consuetudine, sed alia res vitæ huius cõsuesset, si scirent inde subortum iri scandalũ. Sed alio .s. primo modo supra dicto, si quis decimã non soluit adeo etiam peccat mortaliter, vt vel lex ipsa Imperialis decernat excõmunicandos nõ soluentes, inquiens. Qui vero decimã post trinam admonitionẽ & sacerdotũ prædicationẽ dare neglexerit, excõmunicetur. ¶ Sacerdotibus vero etiãnũ noui testamenti decimas deberi nequit negari. ¶ Primo quia præceptũ de decimis dandis partim morale est & negatiuũ: ait enĩ deus ad omẽs laicos: Decimas nõ tardabis soluere, atqui quod prohibitiuũ est semp & ad semper (vt sic dixerim) id est, omni tempore obligat, & quod deus semel vt morale præcipit vel prohibet, in eo nõ vult mutari. Ego enim, inquit, deus sum, qui nõ mutor. ¶ Secundo, quod etiam in hodiernis sacerdotibus ratio decimandi perseuerat immobilis. Quarũ ¶ Prima est, quod deus per decimas recognoscatur

2. Cor. 11

In Lõbardia L. ult. de decimis

Exo. 22.

Malac. 3

L. generaliter C. de Episco. et cleri.

L. Si pater. ff. de posth

ſcatur dñs vniuerſorũ ex terra prouenientiũ, qualis ab initio fuit, & eſt, eritq́ſemper, ideoq́ & decima ſemper eſt perſoluenda. ¶ Secunda ratio, quũ ſit Leuitis dari & ſacerdotibus ſolita decima in ſuſtentationẽ corporis pro labore, certe adhuc oportet ſuſtentari ſacerdotes, & ipſis reddenda eſt pro labore merces. Apoſtolus

1. Cor. 9. enim de vnoquoq; ſacerdote noui teſtamenti ait: Quis militat ſuis ſtipendijs vnq̃? Quis plantat vineam, & de fructu eius nõ comedit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis nõ manducat? Neſcitis, q̃m qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt? Et qui altario deſer

Lucæ. 10 uiunt, cum altario participant? Et Chriſtus ait: Dignus eſt mercede operarius. Si igitur õmis adhuc cauſa decimãdi ſubſiſtit, certe ſuberit & ipſe effectus. Nec obſtat

Matt. 23 ¶ Primo, q̃d Chriſtus minetur alibi Phariſæis, inquiẽs:

Lucæ 11. Væ vobis Scribæ & Phariſæi, hypocritę, qui decimatis mentam & anethum & cyminũ &c. Reſpondeo, Chriſtum nõ auferre decimationẽ, ſed increpare Phariſęos quod velint emolumentũ non aut ẽ onus & laborem,

2. Theſ. 3 quod nõ licet: qui enim nõ laborat, non debet manducare. Et quia quæ dulcia fuere ſeruarunt, nõ autẽ aſpera. Subdit enim: Et reliquiſtis, quę grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiã & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Quibus ſane verbis præcipit decimationẽ fieri ſacerdotibus, modo & ipſi faciant, q̃ debent, nec de leuibus ſolicitent, interim grauia intermittentes. Nec obſtat ¶ Secundo, quod deus præcepe rit ſolummodo decimas dari Leuitis veteris teſtamenti, cuiuſmodi in nouo teſtamento nõ ſunt. Reſpõdeo

c. Trãſla. de Cõſti tuti. Hebræ. 7. quia vero nunc in locum Leuitarũ ſucceſſere ſacerdotes, merito & in eos lex de decimis ſuccedit. Tranſlato quidem, inquit Ap[l]us, ſacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis

tranſ

translatio fiat. Nec obstat ¶ Tertio, quod Leuitis olim
dari præceptæ sunt decimæ pro sustentatione necessa- Num. 18
ria, qui & contenti debeant esse oblatione decimarꝝ,
nec habere portionẽ in terra promissionis, nec aliquid
inter filios Israel possidere, sed hodie sacerdotes & ma
xime qui pluribus abundant beneficijs, ditissimi sunt,
ergo decimis nõ indigent, nec ipsis dari debent. Respõ
deo, decimas, vt dictũ est, non solum propter sustenta
tionem sacerdotũ, sed & pauperꝝ, sed & causa diuini ho
noris esse institutas, quæ causa, vt est stabilis, ita & sta-
bilis esse debet decimatio. ¶ Sed hic magnopere
cauendũ est sacerdotibus, vt quod residuũ habent de
decimis, eo bene vtantur & dispensent ipsum, scientes
ex euangelio, quod superest ipsis, pauperꝝ esse, id quod
maxime dictũ est ad sacerdotes, quos, Paulo teste, non Lucæ, 11.
oportet turpis esse lucri cupidos, sed eis contentos, q-
bus ali possunt, & tegi, nec thesaurizare: siquidẽ paren Titi. 1.
tes carnales filijs thesaurizare debent carnalia & tem- 1. Tim. 6
poralia, sed sacerdotes quũ filios non habent, thesauri-
zare non debent nisi spiritualia. Ideoq; quicquid ha- 2. Cor. 12
bent superflui ex suis bonis, maxime ex decima proue-
nientibus, elargiri debent pauperibus & egenis, quorꝝ
& ideo esse dicunt decimæ, quia de ipsis ali per sacerdo
tes debuerint. Id quod ex eo claret, q̃m in veteri testa-
mento duplex erat decima. Siquidem vna erat, quæ fie
bat singulis annis pro sustentatione Leuitarꝝ, de qua
hactenus loquuti sumus. Altera, quæ fiebat à tertio an
no in tertiũ pro sustentatione pauperꝝ. Et hoc est, q̃d
scriptura ait, quod Tobias dederit om̃ia primitiua sua
& decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno
proselythis & aduenis ministraret oẽm decimationẽ.
In cuius quidem decimatione tertij anni, quia hodie

Panor. c. decimam, de decimis. successit eleemosyna, cōstabit, vt eam lege dei teneanť exhibere sacerdotes inopibus: quod si neglexerint, qd aliud erunt q̃ deuoratores pauperū, & occisores atq; homicidę, depredatores rei alienæ? ¶ Væ igitur illis sacerdotibus, qui quod habent ex patrimonio Christi & ecclesiæ, nō in sustentationem pauperū, sed in luxū canum, equorū, vestium atq; scortorum exponunt, & frustra in gulam & crapulam dilapidant, cuiusmōi nō pauci reperiunť. Quales si fuerint, nonne ad eos dn̄s vę illud æternum dicturus est, quod ad scribas & pharisæos? Væ vobis scribæ & pharisæi, qui decimatis mentā, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis. s. iudiciū & misericordiā & fidem. Id est, væ vobis sacerdotes, qui studetis auaritiæ, qui studiose etiam rerum vilium decimas exigitis, & iudiciū in disceptatione negociorū, misericordiamq; in pauperes, & fidem seruando ius & iureiurando, quæ magna sunt, prætermittitis. Qui etiam auaritia pleni, si quis decimas alicuius rei minimæ nō obtulit, corripitis quasi crimen magnū fecisset. Si quis vero alterū lædit vel in deum peccat, non curatis eum corrigere, de lucro vestro solliciti, nō etiam de labore, quem refugitis, de gloria quoq; dei & salute hoīm negligentes. Sane deus facere iustitiam & misericordiā & habere fidem propter gloriam suam mandauit, decimas aūt offerre partim propter vtilitatem sacerdotū, vt sacerdotes quidem populo in spiritualibus obsequanť, populi aūt in carnalibus sacerdotibus subministrent, Apostolo dicente: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus. ¶ Sed proh dolor, nunc plerīq;, pene om̄es sacerdotes de suo honore & cōmodo solliciti sunt, de honore aūt dei nulli. Plerīq; om̄es suas portio-

(Margin: Matt. 23. Lucæ. 11. — beside "os? Væ vobis scribæ"; 1. Cor 9. — beside "bus sacerdotibus subministrent")

portiones vigilãter defendũt, ſed circa obſequiũ eccleſiæ curam impendere non attendunt. Si populus decimas nõ obtulerit, murmurant om̃es, ſi peccantẽ populum viderint, nemo murmurat contra eos. Sed de ijs ſuo loco plura, modo videant, ne quod hic queſtuoſe colligunt, ſibi theſaurizant, vt ait Apoſtolus, iram in die iræ, & reuelatiõis iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; ſecundũ opera eius, dicturusq; eſt, & præſertim ad vnumquemq; ſacerdotem, perinde atq; ad ſuum peculiarem villicum & diſpenſatorem: Redde villicationis tuæ rationẽ, quia iam amplius nõ villificaberis. ¶ O tum felix erit diſpenſator, qui fidelis in tempore ſuis ſubditis tritici menſuram dederit, q̃m deinde eum dñs ſupra om̃ia, quæ poſſidet, conſtituet. Infelix vero qui male diſpenſauerit, qui talenta ſibi cõmiſſa vel non ad lucrum expoſuerit, vel male dilapidauerit, quandoquidem ipſum dñs diuidet, partemq; eius cum infidelibus ponet, vtpote, qui voluntatẽ dñi cognouit, & non ſecundum eam fecit. Erit ſane tunc tempus, in quo multum quæretur ab eo, cui multũ eſt datum, & plus ab eo petent, cui multũ eſt commendatũ. Cuiuſmodi profecto ſunt ſacerdotes, & maxime prælati, qui nõ modo de ſuis, ſed de aliorum animabus rationẽ, inquit Apoſtolus, reddituri ſunt, atq; vtinã idipſum facturi ſint cũ gaudio & ſalute. Quod proculdubio facient, ſi hæc, q̃ diximus, ex animo perpenderint, & iuxta eam vixerit, meminerintq;, ſe non eſſe dños, ſed, vt Paulus ait, miniſtros Chriſti in populo, & diſpenſatores myſteriorum dei. ¶ Supereſt fratres chariſſimi, vt vos amore ſalutis veſtræ hortor, quo de rebus veſtris ex animo perſoluatis decimas, quemadmodũ & ſanctiſſimi quondam patres ſumma cum diligentia ſoluerunt, non cu-

Rom. 2.
Lucæ. 16
Math. 25
Lucæ 12
Heb. 13.
1. Cor. 4

vna à filijs Leui qui nõ apostatauerant Mose duce, viginti tria millia hoĩm interfecti & trucidati sunt, desendiq; fuissent longe plures à deo, nisi gratiã ab ipso Moses dux fidelis continuis & deuotis precibus impetrasset, vitamq; propter idem peccatũ varie deus tum & postea Iudæos visitauerit: vt ex verbis eo in loco facile quis coniectat. ¶ Quã vero deus ipse Max. pro ijs adsit, qui in eius cultu pie perseuerant, non deficientes à vera religione, mirabiliter arguit in tribus illis Hebraicis pueris Sidrac, Misac, & Abdenago, qui quũ nollent à veteri religione veroq; diuino cultu recedere, nec adorare cum alijs auream statuã, quã constituerat, vt adoraretur, Nabuchodonozor rex, colligati in mediũ fornacis ignis ardentis missi sunt: quos ita lætos & immunes ab omĩ dolore deus opt. præseruauit, vt in summa constantia vno ore deũ laudantes, ei hymnũ cecinerint, dicentes: Benedictus es dñe deus patrum nostrorum, & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in secula. Quãdoquidẽ angelus dñi descenderat cum Azaria & socijs eius in fornacẽ, & excusserat flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi vẽtũ roris flantẽ, & nõ tetigit eos omĩno ignis, neq; contristauit, nec quicq̃ molestiæ intulit. Quod videns rex iussit eos inde eximendos, adorans & ipse deum vnũ verum dixit: Benedictus deus eorũ, Sidrac videlicet Misac & Abdenago, qui misit angelũ suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum, & verbum regis mutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent, & ne adorarent omẽm deum excepto deo suo, qui solus est deus & nõ alius, qui apud me signa fecit & mirabilia. ¶ Sic nimirum Christus suos discipulos & omnes martyres adhortatus est, ne vllo modo à fide & vero dei cul-

Danie. 3.

dei cultu deficerent,qm̃ eos esset ab om̃i supplicij dolo Mat. 10
re conseruaturus,modo constantes manerent,dicens: Lucæ 12.
Et nolite timere eos,qui occidunt corpus, animã autẽ
nõ possunt occidere,sed potius timere eum,qui potest
& animã & corpus perdere in gehennã. Nonne duo
passeres asse veneunt? Et vnus ex illis non cadet super Lucæ 21.
terram sine patre vestro. Vestri aũt capilli capitis oẽs
numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus
meliores estis vos. Et iterũ: Et capillus de capite vestro
nõ peribit. Et hoc est, quod & alias gaudentes iuerint
à conspectu concilij,qm̃ digni habiti sint pro nõie Iesu Actu. 5.
contumeliã pati, Siquidẽ iustorũ,inquit,scriptura, ani- Sapi. 3.5.
mæ in manu dei sunt,& nõ tanget illos tormentũ mor
tis. Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes il-
lorũ immortalitate plena est. In paucis vexati,in mul-
tis bene disponent,qm̃ deus tentauit eos, & inuenit il-
los dignos se,& tanq̃ aurũ in fornace probauit illos,q
steterunt in magna constantia aduersus eos, qui se an
gustiauerunt, alibi dicentes: Qm̃ probasti nos deus, Psal. 65.
igne nos examinasti,sicut examinat argentũ. Induxisti
nos in laqueũ,posuisti tribulationes in dorso uostro,
imposuisti hoĩes super capita nostra. Transiuimus per
ignem & aquã, & eduxisti nos in refrigeriũ. ¶ In-
ter quos sane merito,qui idipsum dixerunt, cõputari
queat Tobias ille senior,quẽ vsq; adeo deus tẽtauit, &
constantem in patientia tutatus est, quãdo solus fugit
idololatriã, cæteris deflectentibus, nolens adorare vi-
tulos aureos,quos Hieroboã fecerat,sed perrexit Hie-
rosolyma ibidemq; in templo dñi,dñm deũ Israel ado
rauit,iuxta Iudæorũ legem,qua (vt alibi ex disputatio
ne mulieris Samaritanæ cum Christo nõ obscure acci
pimus) cauebatur, vt adoraturus, in Hierosolymis in Iohan. 4

templo

templo dñi adoraret, quod à Daniele cœptũ Salomon consummarat, quo & Christus, legis cõsummator, plerumq; semper proficiscebatur, adoraturus & docturus. Hinc Euangelista alibi: Et, ibant, inquit, parentes
Lucæ. 2. eius per omnes annos in Hierusalem in die solenni Paschæ. Et cum Iesus factus esset annorum duodecim, ascẽdentibus illis in Hierosolyma secundũ consuetudinẽ diei festi, consummatisq; diebus cũ redirent, remansit puer Iesus in Hierusalẽ, & non cognouerunt parentes eius. Hanc profecto legem olim Iudæis inuiolabilem religiosissime obseruauit Tobias, qui vtcunq; puer adhuc, omnibus alijs deficientibus, solus fugit consortiũ oĩm & perrexit Hierosolyma ad templum dñi, verum deum Israel ibi adorans, relictis idololatriæ vitulis aureis, quos Hieroboam rex Israel constituerat iuxta historiam, quæ in libris regnorum descripta sic habet.

3. Re. 12. ¶ Hieroboam timens ne populus suus ad Roboam filium Solomonis deficeret à regno suo, vt eum nõ tam
2. Parali. Roboam filio Solomonis detraheret, q̃ à veri dei cul-
10. 11. tu auerteret, in templo Hierosolymitano secundũ diuinam sanctionẽ exhibendo, constituit duos vitulos aureos in regni sui finibus, vnũ in Bethel, & alterum in Dan, ad quos adorandos, prætermisso deo, conflueret populus Israeliticus, vt certe confluebat maior populi pars, excepto quidẽ inprimis Tobia, qui cõstantissim⁹ antiquæ suæ religionis & fidei, solus oĩm .s. paucorũ, noluit adorare vitulos aureos, quos Hieroboam, vt populũ per eos sibi coniungeret, & à vero dei opt. cultu auerteret, in regni sui finibus erexit, dans omnibus pueris exemplũ, vt si coram deo & hominibus, fideles ac probi manere velint, malorum consortia vitent, siquidẽ cum bonis bonus eris, cum peruerso peruerteris. Hinc

Aposto

Apostolus: Denunciamus vobis, ait, fratres, in nomine dñi nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos, ab omni fratre, ambulãte inordinate non secundũ traditionẽ nostram. Hæc nimirũ primaria fuit Tobiæ virtus pietatis, quæ illũ arguit nihil plane gessisse puerile, vtcunq; puer esset ætate, atq; nunc virũ moribus æquaret, sileo pueros hoc tempore, à quibus haud ausim hanc ipsam primã desiderare virtutẽ, vt quæ etiam viris desit, vt paulopost ostendemus. ¶ Secundo Tobias ille senior idemq; puer adhuc, arguit se nõ puerilia tractare, qm̃ iuste & fideliter decimarit, nimirũ sua primitiua, & decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno proselythis & aduenis ministraret omnẽ decimationem. Hæc & his similia secundũ legem dei puerulus obseruabat. Quo in loco primũ putauerim sciendum quid sit decima, de quibus dari debet decima, & quib' & à quibus decima dari, & quare debeat dari, & an peccet nõ dans decimã, vbi ea dari nõ consueuit. Num & hodiernis temporibus merito decima detur sacerdotibus, & quid debeant sacerdotes facere de eo, q̃d abundet in decimis ipsorũ, vtpote qui alioqui adeo sunt diuites, vt plane nõ indigeant tantis decimis, quum inde superfluant. Est igitur quoad præsentẽ disputationẽ,

2. Tess. 3.

¶ Decima vna portio ex decem partibus alicuius rei in partes decem distributa, quæ ex terra prouenit. Quæ nimirũ decima pars rei prouentæ dari debet ¶ De omnibus fructibus, terrarũ, arborũ, hortorũ, nutrimentis animaliũ, lana, lacte, fœno, lignis, piscationibus, venationibus, siquidem lex dicit: Decimã partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascunt ex terra, per singulos annos, separabisq; decimã frumenti tui, & vini & olei, & primogenita de armentis, & ouibus tuis, vt

16. q. 1. c. decime.
16. q. 7. quicunq; c. cõmissã de decimis.
Deut. 14
Leui. 27.

discas

discas timere dñm deum tuũ in omi tempore. Ita ni-
Gene.14 mirum scriptura perhibet Abrahamũ decimã ex omi-
bus dedisse. Cuius etiam argumento Pharisæus ille in
Lucæ.18 euangelio gloriatur, quod det de omnibus, quæ possi-
det, decimas. Et debet dari decima, sacerdotibus, qui
Num.18 in locum successerunt in nouo test. Leuitarum in anti
quo test. quibus dari solebat decima, & nõ alijs, domi
21. dist. c. no deo alias dicente. Filijs aũt Leui dedi omes decimas
Cleros. Israelis in possessionẽ. Et datur decima sacerdotibus
Leuiticis, quũ pars dñi sunt. Vnde & ij sunt clerici ap-
pellati, duabus quidẽ rationibus. ¶ Primo datur eis
perinde loco dei constitutis in signũ vniuersalis domi
Psal. 22. nij. s. quod deus cognoscatur dñs oĩm quæ sunt in ter-
ra, & etiam ipsius terræ, & ea nõ aliunde nobis proue-
nire q̃ à deo, vnde omia sunt. Siquidẽ dñi est terra, & o
mnis plenitudo eius. Sicuti quidẽ tributũ datur domi-
no temporali, in signũ recognitionis vniuersalis dñij,
ita datur decima deo, in signũ, vt dixi, recognitiõis dñij
vniuersalis, quod deo in omnibus est, quæ nobis proue-
Act.17. niunt. Ipse quidẽ, ait Paulus, est qui fecit mundũ, & oĩa
1. Cor.4 quæ in eo sunt. Et quid habes, inquit alibi, quod nõ ac-
cepisti. s, à deo? ¶ Secundo datur eis pro cultu diui-
no. i. pro diuino officio perficiendo, quod in ecclesiis
ad dei laudẽ impenduntur, & ad id inde sustentant, Dño
Nu.18. deo alias dicente. Filijs aũt Leui dedi omes decimas Is-
rael in possessionẽ pro ministerio, quo seruiunt mihi in
tabernaculo fœderis. Nihil aliud possidebunt, decima-
rum oblatione contenti, quas in vsum eorum & ne-
cessaria separaui. Et iuste quidẽ, quãdo deus ille opt. ni
hil à nobis præmij vel honoris postulet, & qui digna-
Psal. 15. tus est nobis totũ dare, decimã dignatur à nobis reci-
pere, nõ sibi, qui nostrorũ bonorũ non eget, sed nobis
procul-

proculdubio profuturam, & in laboris recompensam atque corporis sustentationẽ. Quandoquidẽ sua mercede dignus est operarius & cibo suo. Et q, ait Apl'us, in sacrario operant, q̃ de sacrario sunt, edunt: & q altario deseruiũt, cũ altario participãt: neque enĩ alligandũ est, inquit scriptura, os boui trituranti. Quod vtique nõ de bobus dicit, de quibus deo non est hæc cura, sed propter nos dicit. Ipsa vero decima nõ solum ab oĩbus laicis sed & à clericis, quoad res ipsorum, dari debet. Siquidẽ deus neminẽ exceperit à solutione decimarum, q̃m res prouentæ omniũ à deo proueniunt, quarum ipse dñs est, qui recognitionẽ dominij ab oĩbus exigit. Et quicũque monitus, nõ soluerit integre decimã, negari nequit, quin peccet mortaliter: quũ sit transgressor diuinæ & humanæ legis, quandoquidẽ deus negatiue & affirmatiue præcipit, vt hoĩes dent decimas, inquiens: Decimas & primitias tuas nõ tardabis offerre. Et alibi: Inferte, inquit, omnẽ decimationẽ in horrea mea, vt cibus in domo mea sit, Et hoc est, quod scriptura dicit, Tobiam soluisse decimas iuxta dei legẽ. Si lex dei est, dare decimas, quis eam legem soluet? Nec aliqua contraria consuetudo, secundũ rigorẽ iuris soluit hoĩes ab obligatione reddendi decimas, quia hæc obligatio fundatur super ius diuinũ & ius naturale, cui nulla etiã potest resistere consuetudo cõtraria. Et sane quo ad hoc putauerim illum coram deo non esse tutum, qui decimas sine causa tenet ex remissione vel priuilegio Papæ, qui nunq̃ sine causa & in totum poterit dispensare de decimis nõ soluendis, quũ dentur iure diuino, cõtra quod sine causa dispensare nõ potest, vt patet in iuramento, quod quia iure est diuino, ipse citra causam remittere nequit. ¶ Et ne quis hoc in negocio cespitet scire duxerim, Duo esse considerãda in præcepto deci-

marum.

Mat. 10.
1. Cor. 9.
Deut. 25
1. Tim. 5.
c. à nobis de deci.
Exo. 22.
Mala. 3.
Matt. 5.
dist. 8. p totum.
c. Quãto de iuriciu

marum. ¶ Primo quatenus sibi decimas deus retinuit in signũ vniuersalis dominij, in quo ipsius versatur honor, quo quidē pacto decimam Papa nunq̃ potest vniuersaliter remittere, tum, quia ipse nunq̃ facere possit, vt honor nō exhibeat creatori, tum, quod dare decimas etiam sit præceptũ morale, & quidem negatiuum, quod est irremissibile, vt est videre in hoc præcepto: Non habebis deos alienos. Et in alio: Honora patrem tuum & matrē tuam. Hæc nimirũ præcepta, q̃m moralia sunt decalogi, remissionē nō admittũt: versat ẽm in ipsis vtilitas hũana indispēsabilis & honor dei irremissibilis, sicuti & in decimarũ p̄cepto honor dei, q̃tũ ad primã considerationē, versatur: ideo & ipsum, q̃ ad hanc partem, irremissibile est, nisi forte quid ex causa in eius locum, quod æquiualeret, succederet, q̃d æque foret vniuersalis dominij signũ, quod tam nō potest remitti, q̃ fieri nequit, quo deus minus sit vniuersalis omnium rerum dñs & creator & conseruator. Et hoc est quod de præcepto merē morali & maxime negatiuo deus inquit: Non addetis ad verbũ, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. ¶ Secundo, quatenus est in hoc præcepto personalis vtilitas, quæ prouenit ex solutione decimarũ, quæ concernit commodũ ecclesiarũ & clericorũ, quod. s. commodũ Papa, quũ sit generalis administrator & vicarius dei, potest in aliquibus & ad tempus dispensare, nō tamē sine rationabili causa. Siquidem etsi Papa plenitudinē habeat potestatis, fungi tamen debet officio boni patrisfamilias & dispensatoris, dispensantis cuilibet quando & quõ oportet, iuxta illud dñi dicentis: Quis putas est fidelis dispensator & prouidens, quem constituit dñs supra familiã suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Et Paulus ait: Si nos

c. Tua de deci. | Exo. 20. | Deu. 5. 6 | Deut. 4. | 1. q. 7. c. Cõuenientibus §. Nisi iuris | Mat. 24.

Sic nos

Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispen- 1.Cor. 4
satores mysterioꝝ dei, & sic causa dispensationis erit 2.Co. 10
loco testimonij vniuersalis dominij. Ita nimirũ cõstat
ratione vtilitatis personalis, decimam aliquibus & ali-
quo tempore cum causa per Papam vel per ipsum ac-
cipientem decimas remitti posse. Adde quod & Papa
suam habet à deo potestatẽ in ædificationẽ, non in de
structionem. ¶ Argumento eius, quod olim Apo-
stolus fecit, ille quidẽ necessaria corporis à Corinthijs
non accepit de sua prædicatione, pro qua tamẽ ex lege
diuina accipere potuit, nõ tamen accipiens non pecca-
uit, nec peccauit, qui non dedit, modo malus abfuerit
animus. Et ita Paulus nõ accipiebat, quod sibi debeba
tur, ne daret Euangelio scandalũ. Sic & rectores for- 2.Cor. 11
te non recte exigerent decimã, vbi illa dari ex consuetu In Lõbardia L. ult. de decimis
dine, sed alia res vitæ huius cõsuesset, si scirent inde sub-
ortum iri scandalũ. Sed alio .s. primo modo supra di-
cto, si quis decimã non soluit adeo etiam peccat mor-
taliter, vt vel lex ipsa Imperialis decernat excõmuni-
candos nõ soluentes, inquiens. Qui vero decimã post
trinam admonitionẽ & sacerdotũ prædicationẽ dare
neglexerit, excõmunicet. ¶ Sacerdotibus vero etiãnũ
noui testamenti decimas deberi nequit negari. ¶ Pri
mo quia præceptũ de decimis dandis partim morale
est & negatiuũ: ait eñ deus ad oẽs laicos: Decimas Exo. 22.
nõ tardabis soluere, atqui quod prohibitiuũ est semp
& ad semper (vt sic dixerim) id est, omni tempore ob-
ligat, & quod deus semel vt morale præcipit vel prohi Malac. 3
bet, in eo nõ vult mutari. Ego enim, inquit, deus sum,
qui nõ mutor. ¶ Secundo, quod etiam in hodiernis L. generaliter C. de
sacerdotibus ratio decimandi perseuerat immobilis. Episco. et clert.
Quarũ ¶ Prima est, quod deus per decimas recogno L. Si pater.
D scatur ff. de posth

ſcatur dñs vniuerſorum ex terra prouenientiū, qualis ab initio fuit,& eſt,eritq; ſemper,ideoq; & decima ſemper eſt perſoluenda. ¶ Secunda ratio,quū ſit Leuitis dari & ſacerdotibus ſolita decima in ſuſtentationē corporis pro labore,certe adhuc oportet ſuſtentari ſacerdotes,& ipſis reddenda eſt pro labore merces. Apoſtolus

1.Cor.9. enim de vnoquoq; ſacerdote noui teſtamenti ait: Quis militat ſuis ſtipendijs vnq̃? Quis plantat vineam, & de fructu eius nō comedit? Quis paſcit gregem,& de lacte gregis nō manducat? Neſcitis,q̄m qui in ſacrario operantur,quæ de ſacrario ſunt edunt? Et qui altario deſer

Lucæ.10 uiunt,cum altario participant? Et Chriſtus ait: Dignus eſt mercede operarius. Si igitur ōmis adhuc cauſa decimādi ſubſiſtit, certe ſuberit & ipſe effectus. Nec obſtat

Matt.23 ¶ Primo,q̄d Chriſtus minetur alibi Phariſæis,inquiēs:

Lucæ 11. Væ vobis Scribæ & Phariſæi,hypocritę,qui decimatis mentam & anethum & cyminū &c. Reſpondeo,Chriſtum nō auferre decimationē,ſed increpare Phariſęos

2.Theſ.3 quod velint emolumentū,non autē onus & laborem, quod nō licet:qui enim nō laborat,non debet manducare. Et quia quæ dulcia fuere ſeruarunt,nō autē aſpera. Subdit enim: Et reliquiſtis,quę grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiā & fidem. Hæc oportuit facere,& illa non omittere. Quibus ſane verbis præcipit decimationē fieri ſacerdotibus,modo & ipſi faciant,q̃ debent,nec de leuibus ſolicitent, interim grauia intermittentes. Nec obſtat ¶ Secundo,quod deus præceperit ſolummodo decimas dari Leuitis veteris teſtamenti,cuiuſmodi in nouo teſtamento nō ſunt. Reſpōdeo

c.Trāſla. de Cōſtituti. Hebræ.7. quia vero nunc in locum Leuitarum ſucceſſere ſacerdotes,merito & in eos lex de decimis ſuccedit. Tranſlato quidem,inquit Ap̃lus,ſacerdotio,neceſſe eſt,vt & legis

tranſ

tranflatio fiat. Nec obſtat ¶ Tertio, quod Leuitis olim
dari præceptæ ſunt decimæ pro ſuſtentatione neceſſa- Num. 18
ria, qui & contenti debeant eſſe oblatione decimarũ,
nec habere portionẽ in terra promiſſionis, nec aliquid
inter filios Iſrael poſſidere, ſed hodie ſacerdotes & ma
xime qui pluribus abundant beneficiis, ditiſſimi ſunt,
ergo decimis nõ indigent, nec ipſis dari debent. Reſpõ
deo, decimas, vt dictũ eſt, non ſolum propter ſuſtenta
tionem ſacerdotũ, ſed & pauperũ, ſed & cauſa diuini ho
noris eſſe inſtitutas, quæ cauſa, vt eſt ſtabilis, ita & ſta-
bilis eſſe debet decimatio. ¶ Sed hic magnopere
cauendũ eſt ſacerdotibus, vt quod reſiduũ habent de
decimis, eo bene vtantur & diſpenſent ipſum, ſcientes
ex euangelio, quod ſupereſt ipſis, pauperũ eſſe, id quod
maxime dictũ eſt ad ſacerdotes, quos, Paulo teſte, non Lucæ, 11.
oportet turpis eſſe lucri cupidos, ſed eis contentos, q-
bus ali poſſunt, & tegi, nec theſaurizare: ſiquidẽ paren- Titi. 1.
tes carnales filiis theſaurizare debent carnalia & tem- 1. Tim. 6
poralia, ſed ſacerdotes quũ filios non habent, theſauri-
zare non debent niſi ſpiritualia. Ideoq; quicquid ha- 2. Cor. 12
bent ſuperflui ex ſuis bonis, maxime ex decima proue-
nientibus, elargiri debent pauperibus & egenis, quorũ
& ideo eſſe dicunt decimæ, quia de ipſis ali per ſacerdo
tes debuerint. Id quod ex eo claret, qm̃ in veteri teſta-
mento duplex erat decima. Siquidem vna erat, quæ fie
bat ſingulis annis pro ſuſtentatione Leuitarũ, de qua
hactenus loquuti ſumus. Altera, quæ fiebat à tertio an
no in tertiũ pro ſuſtentatione pauperũ. Et hoc eſt, q̃d
ſcriptura ait, quod Tobias dederit om̃ia primitiua ſua
& decimas ſuas fideliter offerens, ita vt in tertio anno
proſelythis & aduenis miniſtraret oẽm decimationẽ.
In cuius quidem decimatione tertii anni, quia hodie

Panot. c. decimam, de decimis.

succeſſit eleemoſyna, cōſtabit, vt eam lege dei teneant exhibere ſacerdotes inopibus: quod ſi neglexerint, qd aliud erunt q̃ deuoratores pauperũ, & occiſores atq; homicidę, deprędatores rei alienæ? ¶ Væ igitur illis ſacerdotibus, qui quod habent ex patrimonio Chriſti & eccleſiæ, nõ in ſuſtentationem pauperũ, ſed in luxũ canum, equorũ, veſtium atq; ſcortorum exponunt, & fruſtra in gulam & crapulam dilapidant, cuiuſmõi nõ pauci reperiunt. Quales ſi fuerint, nonne ad eos dñs vę illud æternum dicturus eſt, quod ad ſcribas & phariſæos?

Matt. 23 Lucæ. 11.

Væ vobis ſcribæ & phariſæi, qui decimatis mentã, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis. ſ. iudiciũ & miſericordiã & fidem. Id eſt, væ vobis ſacerdotes, qui ſtudetis auaritiæ, qui ſtudioſe etiam rerum vilium decimas exigitis, & iudiciũ in diſceptationē negociorũ, miſericordiamq; in pauperes, & fidem ſeruando ius & iureiurando, quæ magna ſunt, prætermittitis. Qui etiam auaritia pleni, ſi quis decimas alicuius rei minimæ nõ obtulit, corripitis quaſi crimen magnũ feciſſet. Si quis vero alterũ lædit vel in deum peccat, non curatis eum corrigere, de lucro veſtro ſolliciti, nõ etiam de labore, quem refugitis, de gloria quoq; dei & ſalute hoĩm negligentes. Sane deus facere iuſtitiam & miſericordiã & habere fidem propter gloriam ſuam mandauit, decimas aũt offerre partim propter vtilitatem ſacerdotũ, vt ſacerdotes quidem populo in ſpiritualibus obſequant, populi aũt in carnalibus ſacerdotibus ſubminiſtrent, Apoſtolo dicente: Si

1. Cor 9.

nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus. ¶ Sed proh dolor, nunc pleriq;, pene oẽs ſacerdotes de ſuo honore & cõmodo ſolliciti ſunt, de honore aũt dei nulli. Pleriq; oẽs ſuas portio-

portiones vigilãter defendũt, sed circa obsequiũ ecclesiæ curam impendere non attendunt. Si populus decimas nõ obtulerit, murmurant om̃es, si peccantẽ populum viderint, nemo murmurat contra eos. Sed de ijs suo loco plura, modo videant, ne quod hic questuose colligunt, sibi thesaurizant, vt ait Apostolus, iram in die iræ, & reuelatiõis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundũ opera eius, dicturusq; est, & presertim ad vnumquemq; sacerdotem, perinde atq; ad suum peculiarem villicum & dispensatorem: Redde villicationis tuæ rationẽ, quia iam amplius nõ villificaberis. ¶ O tum felix erit dispensator, qui fidelis in tempore suis subditis tritici mensuram dederit, q̃m deinde eum dñs supra om̃ia, quæ possidet, constituet. Infelix vero qui male dispensauerit, qui talenta sibi cõmissa vel non ad lucrum exposuerit, vel male dilapidauerit, quandoquidem ipsum dñs diuidet, partemq; eius cum infidelibus ponet, vtpote, qui voluntatẽ dñi cognouit, & non secundum eam fecit. Erit sane tunc tempus, in quo multum quæretur ab eo, cui multũ est datum, & plus ab eo petent, cui multũ est commendatũ. Cuiusmodi profecto sunt sacerdotes, & maxime prælati, qui nõ modo de suis, sed de aliorum animabus rationẽ, inquit Apostolus, reddituri sunt, atq; vtinã idipsum facturi sint cũ gaudio & salute. Quod proculdubio facient, si hæc, q̃ diximus, ex animo perpenderint, & iuxta eam vixerit, meminerintq;, se non esse dños, sed, vt Paulus ait, ministros Christi in populo, & dispensatores mysteriorum dei. ¶ Superest fratres charissimi, vt vos amore salutis vestræ hortor, quo de rebus vestris ex animo per soluatis decimas, quemadmodũ & sanctissimi quondam patres summa cum diligentia soluerunt, non curantes,

Rom. 2.
Lucæ. 16
Math. 25
Lucæ 12
Heb. 13.
1. Cor. 4

rantes, quod plerique clericorum mali sint, suisq; bonis
2. Cor. 5. ac decimis male abutanś, quandoquidē ipse de se deq;
Lucæ. 16 suis iustissimo iudici cogentur aliquando rationē reddere, illiusq; iram non effugient, immo memores, q̊d decimas nō ipsorum intuitu persoluere debeatis, verum ¶ Primo, quia deus præcepit, cui sub salute animæ & corporis est parendū, morietur eñ, qui ei non
Gene. 3. obedierit. ¶ Secundo, quia si nō dederitis, deum ipm per nefandam superbiā negabitis esse deum verū, & ab eo non vobis esse oṁia, id quod plane impium foret. ¶ Tertio, quia & naturæ ius postulat, vt ex rebus à deo vobis datis, aliquid ad suum honorē tribuatis, qui alioqui etiam vnico nutu vos & oṁia vestra perdere posset, ita vt nihil cresceret ex terra vobis. ¶ Quarto, q̊d
Lucæ 10 & lex diuina & naturalis expostulat, vt ei, qui operatur, merces persoluatur. ¶ Quinto, quod deus alioqui de nō persolutione decimarum, de vobis sumet non modo pœnā æternalem, sed & temporalem. Constat enim nunq̃ vel raro bene successisse detentoribus decimarum, quando in iure nō aliter habeantur ac inuasores rerum alienarum, quare & ipsos plerumq; semper de-
16. q. pri. us sinit turpiter fieri pauperes, & nobiles si fuerint, in tempore reddi ignobiles, aut certe eorum filios, vel certe illorum stirpem deniq; euanescere. Et hoc est, q̊d dñs alibi ait, ad eos, qui decimas ei nō persoluunt. Et in penuria vos maledicti estis. Et certe, videmus quadam fieri maledictione, vt reuocentur ad decimā, qui decimā nō dant, & datur plerumq; militi impio, quod
16. q. 1. c. decimæ. non datur sacerdoti, qui, teste Paulo, in his quæ ad deum sunt, loco dei, populo constituitur. Etiam maledictionem vbi manifeste senserunt pij illi principes, legē diuinam sequuti, noluerunt vllo modo nisi ex legitima per

ma per Papam dispensatione laicos ipsos habere &
colligere decimas vsq; adeo, vt etiam laicus decimas nō
possit præscribere. Siquidē decimatio sit res spiritualis,
& constet donationem iuris spiritualis factam laico,
ideo esse nullā, quod nec etiam sufficientem titulū pręscribendi tribuat: quandoquidē recipiens talem titulū,
credens illum valere in iure, erret in iure, sed error iu- L. nunq. ff. de vsucap.
ris nō prodest in vsu capione. Caueant igitur laici, ne si
bi vsurpent, quod ecclesiasticorū est, qui loco dei con- c. Apostolicæ, de donat.
stituti sunt in ijs, quæ ad deum sunt, & persoluant deci
mas ex animo. ¶ Sexto, quod deus dantibus hilariter
decimas, copiam largitur omniū eorum, quibus indigent, ipso ad illos dicente: Inferte omnē decimationē
in horrea mea, vt sit cibus in domo mea. Et probate Mala. 3.
me, si nō effudero super vos cataractas cæli, & effudero vobis benedictionē vsq; ad abundantiā. Et increpabo pro vobis deuorantem ne corrumpat fructū terræ
vestræ; nec sterilis erit vinea in agro. Siquidem, inquit,
Apostolus, diligit deus hilarem datorem. Et potens est 2. Cor. 9
deus, omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in
om̄ibus semper sufficientiā habeatis. Et multiplicabit
semen vestrū, & augebit incrementa fructus iustitiæ
vestræ. Hæc ille &(vt om̄ia) vere. Id quod & in nostris
maioribus deus palam arguit, qui cum libenter quæ
dei fuere reddiderunt de om̄ibus abundabāt, nos vero
quia om̄ia ab eo rapimus, nihil habemus. Sic q̄q; quia
libenter decimas dederunt Abraham, Iob, & Tobias,
à deo omniū rerum nacti sunt benedictionem, veluti
suo loco videbimus. De primitiuis vero seu primitijs
(quæ sunt primorū fructuum) non est, vt multis agamus, vtpote, quę olim de frugibus offerebant, nō erant
speciali noīe definita, sed offerentiū arbitrio derelicta,

 ita &

ita & in nouo testamento, adeoq; in noua lege per determinationem Ecclesiæ diffinitur, vt primitias homi-
16.q.7. nes persoluant secundũ patriæ consuetudinẽ & ministrorum ecclesiarum indigentiam. Hactenus qua ex stirpe Tobias & ciuitate fuerit, & q̃ fidelis erga deum & proximos vixerit in captiuitate temporis Salmanasar regis Assyriorum detentus, vt qui viam veritatis haud deseruerit, largiens, quæ habere potuit, concaptiuis fratribus, qui ex eius fuerunt genere, omnia. Cui deniq; inter omẽs quasi solus permansit erga deum, eiusq; diuinum cultũ pius, cæteris ad vitulos aureos deficientib⁹, quos Hieroboam rex Israel erexerat. ¶ Iam vero demum in quæstionẽ à nonnullis venit, si proinde (vt euidenter vidimus & audiuimus) authoritate sacrarũ literarum Deus ille Opt. Max. contulit clericis decimas, in eorum seruitutẽ, vsum, necessitatem & in elargitionem pauperum, ipsi vero magna ex parte nec in ecclesia diuinis inseruiunt officijs, nec decimis vtuntur, sed abutuntur, easq; in luxuriosam superfluitatẽ non etiã in necessitatem exponunt, interimq; pauperibus parũ vel nihil erogant, nunquid (quærunt aliqui) decimæ ab eis qui tales sunt vel auferri possint, vel saltem interdici? Et si auferri, quo deinde & per quem transferri possent? Respondeo. ¶ Primo auferri ab eis posse
2. Tes.3. quandoquidẽ si quis (vt Paulus ait) non vult operari,
gloss. L. quis ff. de damno infecto. nec manducet, ijs ergo, qui ociantur denunciamus & obsecramus in dño Iesu Christo, vt cum silentio operantes suum panem manducent. Et Christus, Omnis,
Lucæ 10 inquit, operarius sua dignus est mercede. Ita, quis dubi
1. Tim.5. tat? indignus est mercede, qui non operatur. Et leges Imp. habent, eum sequi debere commodũ, qui habet onus. Diminuta quidem hæredis inscripti parte, diminuitur

nuitur & legatorũ onus. Et ſane iuris eſt & naturæ re-
gula, vt eum ſequanť cuiuſq; rei cõmoda, quem ſequũ-
tur incommoda. Sed quid multis vtamur ſcripturis &
legibus? quum plerumq; in negocio quopiã ſufficiat
adlegare rationẽ naturalem, vel abſq; lege. L. fi. ff. de
pœnis. ¶ Secundo, voluntas teſtatoris eſt ſeruanda.
Siquidem Apoſtolus dicat: Vbi teſtamentũ eſt, mors
neceſſum eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim Hebr. 9.
in mortuis confirmatũ eſt: alioqui nõ valet, dum viuit,
qui teſtatus eſt. Vult eñ, quicquid in vita teſtator poſt
mortem ſuam fieri voluit, idipſumq; ante mortem nõ
reuocarit, eſſe prorſus ſeruandũ. Sequitur Imp. dicens: L. 1. C. de
Nihil eſt, quod magis hominibus debeatur, q̃ vt ſupre ſacro. eccl.
mæ voluntatis, poſt q̃ aliud velle non poſſunt, liber ſit
ſtilus & licitum, quod iterum nõ redit arbitrij. Et alia
quoq; L. Imp. inquit: Diſponat itaq; vnuſquiſq; vt di-
gnum eſt, & ſit lex eius voluntas. Sed dubiũ non eſt, §. diſponat
quin teſtator voluerit bona ſua nõ aliter peruentum in Authẽ.
iri ad eccleſiam quã pro diuinis officijs, & in vſum ſa- de nuptiis
cerdotum atq; neceſſitatem pauperum, nõ in abuſum col. 4.
& ſuperfluitatem. Nec eſt, quod allegetur, idipſum ex-
preſsis verbis haud caueri in teſtamento. Reſpondeo,
magis voluntatẽ teſtatoris & mentem eſſe inſpicien-
dam q̃ verba. Quandoquidẽ L. dicat quod dignitas te- L. fi. §. S.
ſtatoris, & eius cui teſtatur, inſpicitur, etiamſi teſtator libertis ff.
nihil plane cauerit. ¶ Tertio quicquid ſub conditio- de iudiciis
ne datur vel promittitur, vel cauſa conditione, vel cau
ſa non impleta, recipi quod datũ eſt poteſt. Sic Chri- Mat. 19.
ſtus, quia nobis vitam æternã promiſit, ſi ſua manda-
ta ſeruauerimus, Quæ quidem conditio ſi à quopiam
non ſeruatur, certe illi vita æterna aufertur. Siquidem
non om̃is qui dicit mihi dñe, dñe, intrabit in regnũ cæ- Matt. 7.

Mat. 19. lorum,sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœ-
Mat. 25. lis est &c. Sic quinq; fatuis virginibus clausa fuit cæli ianua Sequitur L.Imp.sub toto tit.ff.de conditiõe causa data & causa non sequuta. Casus est in terminis ad propositũ in L.Si hæres ff.eo.tit.& L.si plures,C.de cõditionibus incertis. Vbi ad literam dicitur,vt ij,qui cõpleuerint iussa ad lucrum vocentur, qui aũt neglexerint,sibi imputent,si ab huiusmodi cõmodo repellantur.Iam vero constat, testatorem dedisse sua hanc ob causam,vt deo seruiatur,& sacerdos vnaq; cũ eo pauper sustentet,ergo causa nõ impleta, quod datũ est ob eam causam,condici potest. ¶ Quarto,ei qui re aliq̃
Luc. 19. male vtitur (etiam ꝓpria) res ipsa à pauperum vtente aufertur vel certe vsus rei. Sic alibi ab eo,q suo mna male fuerat vsus, nec ipsum in dñi vsuram collocauerat,per dñm mna aufertur. Ita & LL.Imp.haud permittunt re sua quempiã male vti, sed vel in rem animaduertendũ iubent,vel ei ceu furioso & insano mandant dari tutorem vel curatorem,qui illum & eius bona,ne male eis vtatur,gubernet. Modo si nõ permittitur cuipiam,vt sua re male vtatur,quanto minus ei ꝑmittetur,qui nõ sua sed potius ecclesiæ & pauperum re perperam abutitur. ¶ Quinto, quum lex diuina

L. is. §.diuus pius ff. de Tut. Institu.de curatorib.§. furiosi.

Exo.20. Deute.5. prohibeat,ne concupiscamus rem alienã, quanto magis prohibet,ne rem alienam penes nos teneamus? At quod superest sacerdotibus de decimis,pauperum est, quorũ olim erat decima tertio quoq; anno,igitur recte de decimis tanq̃ deo, quod & pauperũ est, largientur sacerdotes. Sane diuinæ est iustitiæ, simul humanæ & naturalis,vt suum cuiq; detur. Ergo. ¶ Ex his modo & id genus alijs,quæ breuitatis gratia nunc prætereo,perspicuum fit,iure tum diuino & naturali q̃ humano

L. iustitia ff. de iusti. et iure.

mano, posse auferri decimas ab eis quidem clericis, qui admoniti (vt addecet) neq; deo seruiunt in ecclesia, neq; decimis bene, neq; in necessariam sustentationem & commodam vtūtur: nec eas pauperib⁹ elargiuntur, veluti in Homilijs nostris etiam disseruimus. ¶ Primo non obstat dicere, quod habeant vicarios, qui suas vices gerunt, suoq; loco in ecclesia deseruiunt. Respondeo simulq; quæro, quis seruit pro vicarijs, quū & ipsi quia sunt sacerdotes, pro se seruire obligentur. ¶ Secundo non obstat, quū sit regula iuris. Qui facit per alium, est quasi per seipsum faceret. Respondeo, verum esse si quid iubeo fieri noīe meo vel boni vel mali, reputari in rebus humanis, ac si ego fecissem, vtpote si non sit mihi industriæ personæ electio, sed locum nō habere in ijs, quæ ad deum pertinent. Vbi vnusquisq; pro se tenetur. De suis eñ damnatur vel saluatur. Nec enim quis pro me vel cælū vel inferos est ingressurus. Ait eñ Paulus: Oportere nos omnes manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit siue bonū siue malū. Christus quoq; dicit, filium hoīs redditurū in nouissimo iudicio vnicuiq; secundū opera eius. Non potest igitur hoc in casu quis deo pro altero eo ipso ocioso, seruire, sicuti nec vnus pro altero damnatur nec saluatur. Potest aūt vnus alteri conseruire, vt eo melius deseruiatur, vel vt alter adsit necessitate cogente: qua nimirū ratione non dubitatur in quibusdā ecclesijs vicarios esse positos. ¶ Tertio non obstat dicere, vnūquemq; suæ rei esse arbitrū: Respondeo, moderatorē in L. dici eum, qui rem suam moderatur. id est, bene vtitur. ¶ A clericis aūt decimæ auferri nequeunt, nisi per eum, qui eorum est index, vtpote per episcopum, nō autem per laicū: quandoqui-

L. Si quis id §. penul. ff. de iuris om. ind.

2. Cor. 5.

Matt. 16

L. in re mandata ff. Mādati.

Num. 3. doquidem dñs ait: Erunt aũt Leuitæ mei, id est, de meo
Num. 18 sunt foro, Nec possunt in alios q̃ in clericos, qui melio
L. 1. ff. de ris sunt vitæ, transferre: quum idem dñs dicat: Leuitis
rerũ diui. .s. non alijs decimas dedi, Quũ quæ deo semel dicata sunt, in vsum prophanũ transferri nequeant, vt aliàs ad longũ docuimus. De residuo aũt, quod ex decimis superfuerit, episcopus poterit vt bonus dispensator, in pauperes vel in alium pium vsum, & in honorem dei
L. non pos Opt. Max. & reipub. salutem vertere. In æquiualenti-
sunt ff. de bus eñ idem est iudiciũ. ¶ Hæc vel oñia Christus
legibus.
Matt. 21 probat, quũ inquit, Malos male perdet, & vineã suam
Marc. 12 locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructũ temporib᷒
Psal. 108 suis. Et apostoli post prophetã dicunt: Fiat commora-
Act. 2. tio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & epi-
Lucę 12. scopatum eius accipiat alter. Vę igitur eis, qui quum
Gala. 6. pro alijs obligantur reddere rationem, de se atq; suis operibus vix sunt rationẽ reddituri: cuiusmodi sunt sacerdotes plerią; oñes, à quibus multũ exigetur, quibus multa sunt commissa, quorũ duntaxat sunt dispensatores. Operemur proinde, Apostolo monitore bonum, ad oñes dum tempus habemus. ¶ Hæc plane singula non iniquo, sed æquo (sic me deus amet) animo dicta sunt, bonis vtią; clericis in confortationẽ, malis vero in emendationẽ. Et maxime in eos, qui beneficia ecclesiastica venantur & percipiunt, officia vero diuina, quæ adpellant, nõ modo nõ obseruant, sed & prorsus negligunt, & quasi irreligiosa & impia abhorrent, repudiant & detestantur, ex beneficijs tñ interim vsq; ad superfluitatẽ atq; ex decimis, censibus & redditib᷒ ecclesiasticis victitantes, nepotantes & luxuriantes, quum nemo interea sit, qui pauperibus & inopibus, maxime sacerdotibus succurrat: quãdoquidem vnus tantun-

tantundem habeat, q̃tum decem sufficeret. ¶ Iam vero vt vel indocti clerici percipiant ex ijs om̃ibus quę paulo fusius disputauimus, haud grauabor ex controuersia vtriusq; partium, tam clericorũ q̃ laicorũ subscribere sententiã vice Conclusionis ex dictis, sic & in hæc quæ subsequuntur verba, habentem.

¶ In dem namen der heiligen dryueltigkeit/ Amen.

Jne sachen so sich halten zwischen den zeichen ganntzer Christenheit des Nydergangs d' Sonnen als klegern eynes/ vnd etlichen vnordentlichen geistlichen des selbigen Orths als beclagten anders theils/ Ist zů recht erkannt vnd gesprochen/ das jetzgedachten geistlichen/ so sye sich nach rechtlicher manung nit bessernn/ Zeins/ Renndt/ Gülde vnnd Zehend durch jre rechte ware geystliche Obrigkeit mögen entzogen vnd genomen/ Vnnd so sye sich mitler zeit noch nit bessernn/ vff andere geistliche/ die sich/ wie jre standt yme rechten außweist/ halten/ gewendt/ vnd von dem so jne nach gelegẽheit eynes jetzlichen standts vbrig/ den Armen leuten oder in andere gottselige gebreuch/ Got zů Ern̄

vnd

vnd gemeiner Christenheit zů gůt/ auß/
getheilt vnd gewendt werde/ Nach rath
vnd gůt bedunncken/ der heiligen Christ
lichen kirchen/ deren ich vrtheil heym setze
alle dinge/ So ich bißher gelernt ꝛc.

Periodus III.

Cum uero factus fuisset uir, accepit uxorem Annam de tribu sua, genuitq́ꝫ ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab infantia timere deum docuit, & abstinere ab omni peccato.

¶ Hactenus scriptura docuit, qualis ipse Tobias fuerit puer adhuc, vtpote pręcipua virtute, quæ pietas dici cœpit, oppido clarus: argumento, opt. quemq́ꝫ puerũ primitus ipsa deberi pietate institui. Est aũt pietas hoc quidẽ loco, dei cultus, quem Græci eusebiam vocãt, & duobus, vtpote animo & opere constat. Siquidẽ pietas est, vt tota mente deum vnũ confiteamur & veneremur, cæli ac terræ, & quicquid vtrobiq́ꝫ est creatorẽ, penes quẽ vita sit adeoq́ꝫ mors nostra, qualem Tobias vere confessus est & veneratus, cæteris ad idololatriã, vt dictum est, declinantibus. Est & pietatis, vt opere deum quoq́ꝫ talem, vt diximus, confiteamur esse videlicet ipsum nostrum dñm, rerumq́ꝫ nostraꝝ oĩm & maxime, quæ ex terra nascuntur, vnde sunt oĩa. Qualis nimirum confessio fit decimatione, quæ inter reliquas causas ideo instituta est diuinitus, vt per ipsam re ipsa deum fateamur rerum omniũ esse vniuersalem dñm,

eamq́ꝫ

eamq; ob causam fieri, vt ille videatur deum negare suum esse rerumq; suarum dñm, qui decimas dare negligit, quod non animaduerterunt, qui nuper verbis ac scriptis decimationē in nouo testamento tollendā plusq̄ friuole putarunt, quos, vt audistis, aliàs in Centurijs & in Tobia solidis scripturis ac rationibus confutaui, occasionem vel inprimis ex secundo periodo primi capitis Tobiæ sumens, vbi in hæc verba scriptū est: Oĩa primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno proselythis & aduenis ministraret oēm decimationem. Sed hac de re ad Cramben pene bis coctam diximus. ¶ Subsequenti loco scriptura aperit qualis idem Tobias fuerit in domo sua, inquiens: Cum vero factus fuisset vir, accepit vxorem Annā, de tribu sua &c. Sane cum quis ad ætatem peruenit, proximum est, vt si per libertatem possit, matrimoniū contrahat, iuxta Apostolū dicentem: Dico aūt non nuptis & viduis, bonū est illis, si sic permanserint, sicut & ego. 1.Cor. 7 Quod si non se continent, nubant: Melius eñ est nubere q̄ vri. Quod sequutus Tobias vir factus, duxit vxorem Annā de tribu sua. Ex quibus etiā verbis notandum velim, ¶ Primo etsi ætas contrahendi matrimonij varia fuerit apud varias gentes, leges tamē Canonicæ & Imperiales neutrū.s. tam virum q̄ mulierē esse coniugio aptum, nisi vterq; compleuerit pubertatem, .i. ætatem generationis potentem, quæ in masculis est quartusdecim⁹, in fœmellis annus est duodecimus, ante quam ætatem nō legimus factos esse coniuges, post eam vero q̄plurimos, immo plerosq; oēs longe maturiorem pubertate ętatem expectasse, quæ esset ad generandum & ad regendā domū multo aptior, id quod & obseruasse videtur Tobias, quē tradit scriptura duxisse

L. minorē ff. de ritu nupt. et In sti. de nu ptiis, §. Iustas aūt nuptias.

xisse vxorem vir factus, nõ puer, nõ adolescens, vti nũc aliqui eius solent ætatis, continentiæ negligentissimi, tam nullius est neq; pudori neq; honestati locus apud aliquot relictus. Malim igitur opt. quosq; sequi Tobiam, qui vir factus duxit vxorem. ¶ Sed quæris, qua ætate quis recte vir appellari possit? Responderim eos, qui de ætatibus hoĩm scriptitarunt, inter se plurimum variasse, nec esse in rem, vt quæ illi ea de re disputauerunt hic recenseam, cui in sacris literis est in præsentia negocium, quas & sequemur. Ex eis vero facile deprehendimus, virum dici ac esse, qui annos natus est viginti vel plures, nimirũ ex eo scripturæ loco,
Num. 1. vbi scriptum est: Tollite, inquit dñs, ad Mosen, summã vniuersæ congregationis filiorũ Israhel per cognationes & domus suas, & noĩa singulorũ, quicquid sexus est masculini à vicesimo anno & supra, omniũ virorũ for
Iohan. 6 tium ex Israel. Sic quia alibi Euangelista dicit: Discubuerunt ergo viri numero quasi quinq; millia. Dicunt ibi interpretes, excipi eos, qui sunt infra vicesimum annum, qui in numero virorum nõ computant. Sic facile dixerim ætatem vigesimi anni, satis esse in masculis cõiugio aptam & plenã, sicut in fœmellis annũ decimum sextum ad annũ vsq; vigesimũquintũ, ante quem etsi non nupserit nihil est, quod de parentibus conqueri possit quasi neglectã, vltra vero annum vigesimumquintum, res aliter habet, tum enim si etiam indigno
L. si filiam C. de inofficioso testa. nupserit, obligatur nihilominus interim pater illi dare dotem, quã dare non obligaretur si citra consensum indigno ante annũ vigesimũquintũ nuberet. In authen. Cum de Appel. cognoscitur. §. Si alicui, coll. 8. Argumento filiam recte posse ætatem .25. anni expectare, quæ & alias plenã pubertatẽ habet, annos nata

decem

decemocto, veluti perdocent Institutiones Imperiales. §. Minorē, de Adoptionibus, quanq̄ non prohibeatur ne quis ante huiusmodi ætatem contrahat, sed plurimum pendere in natura vniuscuiusq;, videri tamen solet honestius, si quis paulò diutius expectet, futurus ad generandū robustior. ¶ Nec interim silentio prætereundum est, leges ciuiles honestatis gratia & alias ob causas cauisse, vt contracturi matrimoniū contrahant cum consensu parentū. Id quod sacris literis non repugnat, sed earum authoritate quasi liberum relinquitur, cui subscribunt iura pontificia, quæ & idipsum permittunt liberū, honestati tamen locum minime negant. Interim vero id nō prætereamus, lege. caueri, vt vxorem ducturus, illius petat parentes, vt eorū voluntate legitimū fiat matrimoniū. Id sane Iacob Patriarcha seruauit, amans Rachel filiam Laban auunculi sui decoram facie & aspectu venustā patri dixit: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. Respōdit Laban, inquiens: Melius est, vt tibi eam dem q̄ alteri viro. Sic haud dubie seruasse credimus Tobiā, etsi nihil certi literæ tradant sed simpliciter adfirmant, quod cum sit vir factus duxerit vxorem. ¶ Et recte vxorem inquit scriptura duxit Tobias, & nō vxores, quandoquidē cautum sit lege etiam diuina, ne quis simul matrimonio habeat vxores vna plures. Est enim matrimoniū viri mulierisq; coniunctio, indiuiduā vitæ consuetudinē retinens. Et hoc est, quod scriptura ait: Cum vero non esset adiutor Adæ similis, immisit dominus deus soporem in Adam, cumq; obdormisset tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit dn̄s deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam, dixitq; Adam:

L. Mela ff. de Alim&tis et cib. leg.

L. nuptiæ ff. de ritu nuptia.

c. cum causam de rap. uir.

32. q. 2. hoc statutum.

L. 1. §. oportet. C. de raptu uirg.

Gene. 29

17. q. 2. §. 1. L. nupt. ff. de ritu nuptiarū.

Gene. 2.

Mat. 19.

Marc. 10

Hoc nūc os ex ossibus meis,& caro de carne mea. Hæc vocabitur virago,qm̄ de viro sumpta est. Quā ob rem relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suæ,& erunt duo in carne vna:duo,inquit, nō tres,nō quatuor vel plures. Et inquit vxori suæ,non vxoribus

1.Cor.7. suis. Sic Apostolus propter fornicationē,inquit,vnusquisq; suam vxorē habeat, & vnaquæq; suum virum.

L.Neminē C. de ince stu.nup.L. Eum qui C.de Adul terio. Hinc leges Imperiales eum decernunt esse infamem, qui simul eodem'q; tempore duas habet vxores. Statuta quoq; municipalia eundem plerumq; capite plectū tur,nam & leges in eum dicunt vlciscendū. ¶Nec est quod quis in contrariū sit dicturus,fuisse in veteri testamento qui plures simul habuerint vxores, vtpote

Gene.21. Abraham habuisse duas, Iacob quatuor, Dauidem

Gene.30 plures. Responderim eiusmodi in nouo testamen-

2.Re.12. to omnino non fuisse , nec in veteri testamento

c.gaude mus, de di uortiis nisi singulari Dei Maximi dispensatione ex singulari quadam causa,nimirū,vt sic cultus verus dilatetur, qui solum vere tum seruabatur in familia eorum patrum,aliis ad idololatriā declinantibus: multiplicabaē autem dei cultus per multiplicationē carnalem prolis illorum. Id quod & factū est, ad designandū ecclesiæ mysteria.s.quod Christus esset sibi desponsaturus non solum vnam vnitate fidei & delectionis,sed plures respectu diuersitatis locorum & rituum, inde adsumpti sunt,ex quibus etiam in fide conuersantur. Nam alij vocati ex Iudaismo,alij ex gentilitate. Et alios ritus habet ecclesia Orientalis,alios Occidentalis. Hinc Apostolus:Nunc aūt,inquit,in Christo Iesu vos, qui aliqn̄ eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse

Ephe.2. em̄ est pax nostra,qui fecit vtraq; vnum,vt reconciliet ambos in vno corpore deo,per crucem interficiens ini

micitias

micitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacē vobis, qui longe fuistis, & pacem ijs, qui prope q̄m per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Hinc & ecclesia Christi catholica dicitur, q̄m catholice .i. vniuersaliter varias complectatur gentes, vt docuimus in nostris Catholicis. ¶ Duxit igitur Tobias vxorem Annam. Quid Anna? Id est, gratia. Nimirum subindicans, vt ducturus vxorem, non quærat præcipue corpore venustam, nec origine præclaram, nec rebus temporalibus opulentā, sed quæ à deo habeat gratiam, vt videlicet sit, propheta concinente, sicut vitis abundans in lateribus domus suæ. Habet etenim vitis tres in se præcipuas conditiones, aperto notantes gratias tres, quibus vxor quæq; optima adornata esse debuerit. ¶ Primo quidem vitis est humilis, ex se ad terram semper tendens. Ideoq; baculis ad erigendum indigens, nec vt aliæ arbores ascendens. Ita nimirum vxor humilis esse debet adspectu, ne vultū superbe super hoīes erigat, qualis procul dubio fuit diua deipara, virgo Maria, quā fuisse perturbatā in sermone angeli Euāngelista scribit, & cogitasse, qualis esset salutatio angeli. Talis fuisse perhibetur regina illa Carthagineñ. Dido in responso ad Ilioneū, vultu demissa profata &c. Humilis quoq; vestitu, ne vestiatur indumento superbo & auro margaritisq; preciosiss. monente Apostolo, quū ait: Similiter & mulieres in habitu ornato, cum sobrietate & verecundia ornantes se, nō in tortis crinibus, aut auro aut margaritis vel veste pretiosa. Sic em̄, inquit Petrus, aliquando & sanctę mulieres sperantes in deo ornabant se, quarū habitus non erat extrinsecus capillatura aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorū cultus. Ita & nimirū fœminę no

Psal. 127

Lucæ. 1.

Virgi. libro 1.

1. Tim. 2.

1. Pet. 3.

ſtro tempore eſſe debuerint, ſingulæ quidē iuxta ſtatū
Heſt. 2. ſuum, vt bona reſp. diſponit. Humilis ſit mulier affatu,
vt nec ſuperbe nec multū loquatur, non contentioſa
1. Petr. 3. marito reſpondens irato, quandoquidē regina Vaſti,
quia ſuperba regi Aſſuero contumax fuerit, repulſa ſit
à coniugio eius & regno. Debet igitur vxor ſuo marito in humilitate eſſe ſubdita, in om̄ibus honeſtis & licitis,
Gene. 30 eumq́ reuereri, quēadmodū Sara olim Abraham
maritū ſuum venerata eſt, ipſum vocans dn̄m. ¶ Secundo vitis eſt abundans, vtpote quæ vitis ſit dicta,
qm̄ ferat vinum & vuas, & qua vix alia eſt arbor feracior, fructu meliore & nobiliore, ita & vxor, debet eſſe
q̄tum in ſe fructuoſa in pariendo filios, id quod tamē
in dei eſt voluntate: quos ſi habet, laudet deum, ſi non
habet, oret deum, & ſi vult etiam, adijciat votū, vt fecit
1. Re. 1. Anna vxor Helcanæ, & obtinuit filium Samuelem, vt
etiam fecit Anna vxor Ioachim, & impetrauit tres filias ſanctiſſimas. Quæ non exaudita non contriſtetur,
1. Re. 4. 2. Reg. p totum. nec vir ꝓpterea eam habeat exoſam. Multis filij fuere
cauſa multarum ærumnarum & tribulationū, immo & damnationis, vt claret in Heli, & Dauide, alioqui ſanctis
viris. ¶ Curet igitur idem, vt ſemper ſit vitis abundans & fructuoſa bonis ac pijs operibus, quę (vt eſt in
Prou. 3. ſcriptura) apprehendat ſuis digitis fuſos, & aperiat manum ſuam inopi, palmasq́ ſuas ad pauperes extendat,
Heſter. 5 mittatq́ manū ſuam ad fortia. i. quæ ſunt alicuius momenti, qualis fuit Heſter, quæ propter liberationē populi ſui in periculo mortis ſe conſtituit, accedens ad rēgem Aſſuerum contra ſtatutū non vocata, qualis fuit
Gen. 27. & Rebecca, quæ deo ſuggerente filio ſuo Iacob obtinuit benedictionem paternā & ius primogenituræ, ac
etiam viro ſuo Iſaac perſuaſit, vt Iacobū filium mitteret in

ret in Meſopotamiã ad Laban, vt cæderet iræ fratris
ſui:qualis fuit & Abigail, adferens munera magna ad 1.Re.25.
Dauid & ſocios,ad mitigandũ iram ipſius contra Na- Gene,31.
bal virum ſuum,quẽ diſpoſuerat occidere propter ver
ba iniurioſa nuncijs ſuis data: qualis fuit Rachel vxor
Iacob, recedens à patre ſuo Laban iniuſto ſine notitia Dani. 13.
eius,& furans ei idola eius,ne illa vlterius adoraret. Sic
& vxor quæq; optima fortis eſſe debet & fructuoſa,vt
etiam mortem & infamiã pati velit potius,q̃ adulte-
rare,veluti fecit Suſanna, quæ nec virum vnq̃ deſerat
vel in morte vel ægritudine vel aduerſitate:ſed ipſum
ſedulo conſoletur,quẽadmodũ fecit Anna mulier To
biæ vxor, vt ſuo loco videbimus. ¶ Tertio, vitis eſt
abundans in lateribus domus, ita & vxor non debet
eſſe extra dom⁹ latera, ſed manere domi,rara in egreſ-
ſu,in lateribus,inquam,maneat,nõ in plateis ad tripu
diandum,in hoſtio domus ad fabulandũ, in feneſtra
ad procandũ,& hoc genus locorum alio, ſed manere
debet nõ in vno domus latere,ſed in lateribus .i. nunc
in vno,nunc in alio loco domus ſolicita, vtpote aliq̃n
in cubiculo ad orandũ,aliquando in ſala ad ordinan-
dum,aliquando in culina ad prouidendũ &c. Et hoc 1. Tim 2.
eſt,quod Paulus vult ea facere mulieres,quę decẽt mu 1.Tim.5.
lieres,promittentes pietatem per bona opera, ne ſint
ocioſæ,ne circumeant domos,nec ſint verboſæ,nec va
na loquẽtes,in ſilentio orãtes cum om̃i ſubiectiõe,q̃lis
fuit diua virgo,exemplar clariſſimũ totius ſexus mu-
liebris,quæ Ioſeph deſponſata prodire de domo neſcia
niſi cum veniret ad eccleſiam,& hoc cum lex manda-
ret,ſed & tunc nõ ſola ſed cum cõiuge ſuo ſociata ibat
ad Ieruſalem in ferijs vna cum filio,quę & per mõtana Luc,1.2.
velocit̃ iuit,manẽs domi cũ Eliſabeth tribus mẽſibus.

Talis fuit & vxor Tobię,quæ & ideo Anna.i.gratia dicta est,qualem quisq; ducere debet:beatus ēm vir bo-
Prou.14 næ & gratiosæ mulieris, qm̄ bona & sapiens mulier, ait scriptura,ædificat domū.i,multiplicat om̄ia bona, sicut vitis abundans in lateribus domus. Insipiens vero extructū manibus destruet .i. operibus extermina-
3.Re.12. bit familiā,& superbiam:sic fecit olim illa pessima Iezabel vxor Achab regis Israel,quæ & ipsa demū fuit ex-
Nu. vlti. terminata. ¶ Sequitur in contextu, quod Tobias duxerit vxorem Annam de tribu sua. Id quod intelligas iuxta legem & consuetudinē veteris testamenti, quandoquidē in ea non licuit contrahere matrimonium alicui,nisi cum ea persona,quæ suæ esset tribus, & maxime quando mulier succedebat in hæreditate paterna, ne si casu contraheret cum viro alterius tribus, hæreditas sua ad aliam tribū transiret,& sic sortes confunderent. Sic de patre Mosi scribitur,quod exierit vir
Exo d.2. de domo Leui,& accepit vxorē stirpis suæ. Sic nuper probauimus inter alia diuam virginē fuisse de tribu pa
Matt.1. triarcharu,regum,& ducum,quia fuerit vxor Ioseph, q ex linea eorundē suam propagauerit originē. Quæ tamen lex de ducenda vxore de eadem tribu ita intelligatur, vt nemini licuerit in gradu prohibito contrahere,siquidē quasi contra naturā semper fuerit,vt quis in primo gradu affinitatis ascendentiū & descendentium sicut & consanguinitatis contraheret,quum vxores parentū nobis sint in reuerentia vice parentū nostrorum,nec quidē licuit iure vnq̄ diuino,vt quis contraxisset in linea transuersali in primo gradu consanguinitatis & affinitatis, nec ēm,inquam, licuit contrahere cum germana vel vxore germani sui,mortuo eo, nisi ad suscitandum semen fratris præmortui, Ioanne

Bapti-

Baptista ad Herodē dicente: Non licet tibi habere vxo rem fratris tui. Vnde & ante legem Mosaicā multiplicato genere humano ante diluuiū vel post, creditur se abstinuisse à sororibus & ab vxoribus fratrū, nisi (vt antea dixi) ad suscitandū semen fratris præmortui, sicut & tempore legis, vt patet in Thamar & filijs Iudæ. Nec obstat de vxoribus Abrahæ & Isaac, quas vocauerunt sorores: quandoquidem, quod partim, vt ex Epistolis Petri intelligimus, reuerentiæ causa fecerunt, partim, quia vel cōsanguineæ vel consobrinæ fuerint. Ita Loth filius fratris Abrahæ, frater ipsius dici cœpit, vt suo loco multa ea de re disputauimus. Ducturi igitur vxores in lege gratiæ, non ducent, vsq; ad quartū gradum consanguinitatis & affinitatis. Id quod non est loci præsentis. ¶ In subsequenti contextu sequitur, quod Tobias ex Anna vxore sua genuerit filiū, cui nomē suum .s. Tobias imposuit, docuitq; illum ab infantia timere deum, & à peccato quolibet abstinere. ¶ Sane accipimus olim nulla sui superstitione moris fuisse veteribus, vt plerumq; sua noīa filijs imponerent parentes, sed ea proculdubio ratione, vt filij deinde, noīs paterni memores non modo noīe parentes, sed & opere imitarent. Sic & vicini quondā patris Zachariæ ad circuncidendū puerum Ioannē conuenientes, puero nomen patris .s. Zacharias indere volebant, quē tamen Ioannes diuina dispensatione vocabant. Sic & Tobias filium suū vocauit Tobiam, vt sibi tam re q̄ nomine futurus esset similis, qualis, vt audiemus, certo fuit. Sic & nos Christiani filijs nostris nō prophanorū. sed imponere debemus noīa opt. Christianorū & sanctorum, vt eorum noīm memores conent, & esse pijs moribus perq̄ simillimi. Sic qui olim cōmuni vocabulo

Mat. 14. Marci. 6. Lucæ. 9. Lucæ. 1. 1. Cor. 4. 11.

Actu. 11. vocabamur discipuli Iesu, deinde vocari cœpimꝰ Chri-
Titi. 1. stiani, vt nois memores facto etiam Christũ referamꝰ,
quem nisi factis piis imitemur abominabiles erimus & incredibiles, minimeq; Christiani. ¶ Cum igitur parentes filio nomen bonũ imposuerint, debent statim vbi fari potuerit, eundem ¶ Primo instituere veram fidem, quæ in pietate constat, ita, vt tam verbo q̃ opere vnum deũ agnoscat, profiteatur, adoret & veneretur, vt diximus nuperrime. Quæ fidei docendæ regula facile accipitur ex nostris in symbolũ apostolorũ
Psal. 36. Catholicis. ¶ Secundo, vt abstineat a peccato. i. declinet, propheta præcipiente, à malo & faciat bonũ, idq; faciant parentes mox ab infantia, dum puer adhuc tener est. Et si eñ nulla videatur ætas tam infirma, quæ non protinus quid rectũ prauumq; sit discat, tum tamẽ vel maxime formanda est, quum simulandi nescia est, & præcipientibus facile cædit, cuiusmodi est ætas
Sapi. 1. infantilis, quæ propter innocentiã, quæ in ea est, facile
Psal. 8. discit, quũ in animũ maleuolam spiritus sapientiæ non ingreditur, immo & tum natura facile recipit in se q̃d nouum est. Et hinc est, quod (vt scribit Horatius) q̃d
Hora. li. i. ad Lollium. pingit equum tenera docilem ceruice magister: Ire viã quam monstrat eques. Nunc itaq; inquit, adhibe puro pectore verba puer. Et tum etiam, quod quemadmodũ virgula cum tenera adhuc est, facile quò volumus, flectitur, ita vbi semel flexa est manet, & difficile reflectitur. Sic eñ quod puer imbiberit, siue bonũ siue
Hora. li. i. ad Lollium ij. malum, secum seruabit, veluti venaticus, ait Horatius, ex quo tempore ceruinã pellem latrauit in aula, Militat in syluis catulus. Quo eñ semel est imbuta recens, seruabit odorem testa diu. Igitur puer optimis statim est imbuendus, nõ malis, quæ cum insederint, difficulter elu-

ter elues. Frangas enim citius q̃ corrigas, quæ in prauũ Quin. li.
indurucrunt. Et plerũq; grauius est, quod male didici- i.c.iiij. li.
mus dedocere, q̃ primo docere. Propter quod scribit ij, c.iij.
Fabius ille Rhetor, Timotheũ in arte tibiarum clarũ,
duplices ab ijs, quos alius instituisset solitum exigere
mercedes, q̃ si rudes traderentur. Ea propter suadet, vt
protinus, ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid im
potenter faciat, monendus sit puer. Habendumq; in
animo semper, illud Virgilianũ: Adeo à teneris consue Virg. Ge
scere multũ est. Et hoc est, quod Tobias senior exem- org. ij.
plo oĩm parentum docuit filiũ suum ab infantia absti
nere à peccato, & timere deum. Id quod ex sacris alibi Eccle. 7.
scripturis aperto pariter docetur. Hæ eñ dicunt, Filij
tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum.
Erudi filium tuũ, & refrigerabit te, & dabit delitias ani Prou. 29
mæ tuæ. Virga atq; correctio tribuit sapientiã, puer au
tem, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem
suam. Iam vero audiuimus puerũ esse primo instituen
dum, vt vnũ deum confiteatur, credat, cognoscat, & ve
neretur. Secundo, vt à peccato abstineat. i. caueat ab eo
quod est contra deum. Siquidẽ peccatũ nihil aliud sit,
q̃ quod vel cogitatur vel dicitur, vel fit aut omittitur
contra deum. Illud aũt quis cauebit, vbi facit, q̃d ille fa-
cere p̃cepit? Duo aũt p̃cepit. ¶ Primũ, vt eũ diligam⁹ ex
toto corde nr̃o, ex tota anima nostra, ex tota mẽte nr̃a
ex oĩbus viribus nostris: ex toto corde. i. ne nostrum
cor inclinemus ad alicuius rei magis delectationem q̃
dei, & ad ipsum oẽs nostras cogitationes dirigam⁹.
Ex tota anima. i. habeamus erga ipsum animũ in veri- Deut. 6.
tate certũ, & in fide firmũ, & sic in eum oẽm vitam no Matt. 22
stram conferamus. Ex tota mente nostra. i. cum omni
bus sensibus nostris ipsi vacemus, & sic nihil profera-

 mus,

vnd gemeiner Christenheit zů gůt/ auß/ getheilt vnd gewendt werde/ Nach rath vnd gůt beduncken/ der heiligen Christlichen kirchen/ deren ich vrtheil heym setze alle dinge/ So ich bißher gelernt ꝛc.

Periodus III.

Cum uero factus fuisset uir, accepit uxorem Annam de tribu sua, genuitq́ ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab infantia timere deum docuit, & abstinere ab omni peccato.

¶ Hactenus scriptura docuit, qualis ipse Tobias fuerit puer adhuc, vtpote prçcipua virtute, quæ pietas dici cœpit, oppido clarus: argumento, opt. quemq́ puerū primitus ipsa deberi pietate institui. Est aūt pietas hoc quidē loco, dei cultus, quem Græci eusebiam vocāt, & duobus, vtpote animo & opere constat. Siquidē pietas est, vt tota mente deum vnū confiteamur & veneremur, cæli ac terræ, & quicquid vtrobiq́ est creatorē, penes quē vita sit adeoq́ mors nostra, qualem Tobias vere confessus est & veneratus, cæteris ad idololatriā, vt dictum est, declinantibus. Est & pietatis, vt opere deum quoq́ talem, vt diximus, confiteamur esse videlicet ipsum nostrum dn̄m, rerumq́ nostrarum oīm & maxime, quæ ex terra nascuntur, vnde sunt om̄ia. Qualis nimirum confessio fit decimatione, quæ inter reliquas causas ideo instituta est diuinitus, vt per ipsam re ipsa deum fateamur rerum omniū esse vniuersalem dn̄m, eamq́

eamq; ob causam fieri, vt ille videatur deum negare suum esse rerumq; suarũ dñm, qui decimas dare negligit, quod non animaduerterunt, qui nuper verbis ac scriptis decimationẽ in nouo testamento tollendã plusq̃ friuole putarunt, quos, vt audistis, aliàs in Centurijs & in Tobia solidis scripturis ac rationibus confutaui, occasionem vel inprimis ex secundo periodo primi capitis Tobiæ sumens, vbi in hæc verba scriptũ est: Oĩa primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno proselythis & aduenis ministraret oẽm decimationem. Sed hac de re ad Cramben pene bis coctam diximus. ¶ Subsequenti loco scriptura aperit qualis idem Tobias fuerit in domo sua, inquiens: Cum vero factus fuisset vir, accepit vxorem Annã, de tribu sua &c. Sane cum quis ad ætatem peruenit, proximum est, vt si per libertatem possit, matrimoniũ contrahat, iuxta Apostolũ dicentem: Dico aũt non nuptis & viduis, bonũ est illis, si sic permanserint, sicut & ego. Quod si non se continent, nubant: Melius eñ est nubere q̃ vri. Quod sequutus Tobias vir factus, duxit vxorem Annã de tribu sua. Ex quibus etiã verbis notandum velim, ¶ Primo etsi ætas contrahendi matrimonij varia fuerit apud varias gentes, leges tamẽ Canonicæ & Imperiales neutrũ. s. tam virum q̃ mulierẽ esse coniugio aptum, nisi vterq; compleuerit pubertatem, .i. ætatem generationis potentem, quæ in masculis est quartusdecim⁹, in fœmellis annus est duodecimus, ante quam ætatem nõ legimus factos esse coniuges, post eam vero q̃plurimos, immo plerosq; oẽs longe maturiorem pubertate ætatem expectasse, quæ esset ad generandum & ad regendã domũ multo aptior, id quod & obseruasse videtur Tobias, quẽ tradit scriptura duxisse

1. Cor. 7

L. minorẽ ff. de ritu nupt. et In stit. de nuptiis. §. Iustas aũt nuptias.

xisse vxorem vir factus, nō puer, nō adolescens, vti nūc aliqui eius solent ætatis, continentiæ negligentissimi, tam nullius est neq; pudori neq; honestati locus apud aliquot relictus. Malim igitur opt. quosq; sequi Tobiam, qui vir factus duxit vxorem. ¶ Sed quæris, qua ætate quis recte vir appellari possit? Responderim eos, qui de ætatibus hoīm scriptitarunt, inter se plurimum variasse, nec esse in rem, vt quæ illi ea de re disputauerunt hic recenseam, cui in sacris literis est in præsentia negocium, quas & sequemur. Ex eis vero facile deprehendimus, virum dici ac esse, qui annos natus est viginti vel plures, nimirū ex eo scripturæ loco,
Num. 1. vbi scriptum est: Tollite, inquit dñs, ad Mosen, summā vniuersæ congregationis filiorū Israhel per cognationes & domus suas, & noīa singulorū, quicquid sexus est masculini à vicesimo anno & supra, omniū virorū for
Iohan. 6 tium ex Israel. Sic quia alibi Euangelista dicit: Discubuerunt ergo viri numero quasi quinq; millia. Dicunt ibi interpretes, excipi eos, qui sunt infra vicesimum annum, qui in numero virorum nō computantur. Sic facile dixerim ætatem vigesimi anni, satis esse in masculis cōiugio aptam & plenā, sicut in fœmellis annū decimum sextum ad annū vsq; vigesimūquintū, ante quem etsi non nupserit nihil est, quod de parentibus conqueri possit quasi neglectā, vltra vero annum vigesimumquintum, res aliter habet, tum enim si etiam indigno
L. si filiam C. de inofficioso testa. nupserit, obligatur nihilominus interim pater illi dare dotem, quā dare non obligaretur si citra consensum indigno ante annū vigesimūquintū nuberet. In authen. Cum de Appel. cognoscitur. §. Si alicui, coll. 8. Argumento filiam recte posse ætatem .25. anni expectare, quæ & alias plenā pubertatē habet, annos nata

decem

decemocto, veluti perdocent Institutiones Imperiales. §. Minorē, de Adoptionibus, quanquam non prohibeatur ne quis ante huiusmodi ætatem contrahat, sed plurimum pendere in natura vniuscuiusque, videri tamen solet honestius, si quis paulò diutius expectet, futurus ad generandū robustior. ¶ Nec interim silentio prætereundum est, leges ciuiles honestatis gratia & alias ob causas cauisse, vt contracturi matrimoniū contrahant cum consensu parentū. Id quod sacris literis non repugnat, sed earum authoritate quasi liberum relinquitur, cui subscribunt iura pontificia, quæ & idipsum permittunt liberū, honestati tamen locum minime negant. Interim vero id nō prætereamus, lege. [illegible] caueri, vt vxorem ducturus, illius petat parentes, vt eorū voluntate legitimū fiat matrimoniū. Id sane Iacob Patriarcha seruauit, amans Rachel filiam Laban auunculi sui decoram facie & aspectu venustā patri dixit: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. Respōdit Laban, inquiens: Melius est, vt tibi eam dem quam alteri viro. Sic haud dubie seruasse credimus Tobiā, etsi nihil certi literæ tradant sed simpliciter adfirmant, quod cum sit vir factus duxerit vxorem. ¶ Et recte vxorem inquit scriptura duxit Tobias, & nō vxores, quandoquidē cautum sit lege etiam diuina, ne quis simul matrimonio habeat vxores vna plures. Est enim matrimoniū viri mulierisque coniunctio, indiuiduā vitæ consuetudinē retinens. Et hoc est, quod scriptura ait: Cum vero non esset adiutor Adæ similis, immisit dominus deus soporem in Adam, cumque obdormisset tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit dñs deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam, dixitque Adam.

L. Mela ff. de Alim. & cib. leg.

L. nuptiæ ff. de ritu nuptia.

C. cum causam de rap. uir.

32. q. 2. hoc statutum.

L. 1. §. oportet. C. de rapt. uirg.

Gene. 29

27. q. 2. §. 1. L. nupt. ff. de ritu nuptiarū.

Gene. 2. Mat. 19. Marc. 10

micitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacē vobis, qui longe fuistis, & pacem ijs, qui prope qm̄ per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Hinc & ecclesia Christi catholica dicitur, qm̄ catholice .i. vniuersaliter varias complectatur gentes, vt docuimus in nostris Catholicis. ¶ Duxit igitur Tobias vxorem Annam. Quid Anna? Id est, gratia. Ni mirum subindicans, vt ducturus vxorem, non quærat præcipue corpore venustam, nec origine præclaram, nec rebus temporalibus opulentā, sed quæ à deo habeat gratiam, vt videlicet sit, propheta concinente, sicut vitis abundans in lateribus domus suæ. Habet etenim vitis tres in se præcipuas conditiones, aperto notantes gratias tres, quibus vxor quæq; optima adornata esse debuerit. ¶ Primo quidem vitis est humilis, ex se ad terram semper tendens. Ideoq; baculis ad erigendum indigens, nec vt aliæ arbores ascendens. Ita ni mirum vxor humilis esse debet adspectu, ne vultū superbe super hoīes erigat, qualis procul dubio fuit diua deipara, virgo Maria, quā fuisse perturbatā in sermone angeli Euangelista scribit, & cogitasse, qualis esset salutatio angeli. Talis fuisse perhibetur regina illa Carthagineñ. Dido in responso ad Ilioneū, vultu demissa profata &c. Humilis quoq; vestitu, ne vestiatur indumento superbo & auro margaritisq; preciosiss. monente Apostolo, qui ait: Similiter & mulieres in habitu ornato, cum sobrietate & verecundia ornantes se, nō in tortis crinibus, aut auro aut margaritis vel veste preciosa. Sic em̄, inquit Petrus, aliquando & sanctę mulieres sperantes in deo ornabant se, quarū habitus non erat extrinsecus capillatura aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorū cultus. Ita & nimirū fœminę no

Psal. 127

Lucæ. 1.

Virgi. libro 1.

1. Tim. 2.

1. Pet. 3.

stro tempore esse debuerint, singulæ quidē iuxta statū
Hest. 2. suum, vt bona resp. disponit. Humilis sit mulier affatu,
vt nec superbe nec multū loquatur, non contentiosa
1. Petr. 3. marito respondens irato, quandoquidē regina Vasti,
quia superba regi Assuero contumax fuerit, repulsa sit
a coniugio eius & regno. Debet igitur vxor suo marito in humilitate esse subdita, in omibus honestis & licitis,
Gene. 30 eumq; reuereri, quēadmodū Sara olim Abraham maritū suum venerata est, ipsum vocans dñm. ¶ Secundo vitis est abundans, vtpote quæ vitis sit dicta,
qm̄ ferat vinum & vuas, & qua vix alia est arbor feracior, fructu meliore & nobiliore, ita & vxor, debet esse
q̄tum in se fructuosa in pariendo filios, id quod tamē
in dei est voluntate: quos si habet, laudet deum, si non
habet, oret deum, & si vult etiam, adijciat votū, vt fecit
1. Re. 1. Anna vxor Helcanæ, & obtinuit filium Samuelem, vt
etiam fecit Anna vxor Ioachim, & impetrauit tres filias
1. Re. 4. sanctissimas. Quæ non exaudita non contristetur,
2. Reg. p nec vir, ꝑpterea eam habeat exosam. Multis filij fuere
totum. causa multarū ærumnarū & tribulationū, immo & damnationis, vt claret in Heli, & Dauide, alioqui sanctis
viris. ¶ Curet igitur idem, vt semper sit vitis abundans & fructuosa bonis ac pijs operibus, quę (vt est in
Prou. 5. scriptura) apprehendat suis digitis fusos, & aperiat manum suam inopi, palmasq; suas ad pauperes extendat,
Hester. 5 mittatq; manū suam ad fortia. i. quæ sunt alicuius momenti, qualis fuit Hester, quæ propter liberationē populi sui in periculo mortis se constituit, accedens ad regem Assuerum contra statutū non vocata, qualis fuit
Gen. 27. & Rebecca, quæ deo suggerente filio suo Iacob obtinuit benedictionem paternā & Ius primogenituræ, ac
etiam viro suo Isaac persuasit, vt Iacobū filium mitteret in

ret in Mesopotamiã ad Laban, vt cæderet iræ fratris
sui: qualis fuit & Abigail, adferens munera magna ad 1.Re.25.
Dauid & socios, ad mitigandũ iram ipsius contra Na- Gene,31.
bal virum suum, quẽ disposuerat occidere propter ver
ba iniuriosa nuncijs suis data: qualis fuit Rachel vxor
Iacob, recedens à patre suo Laban iniusto sine notitia Dani.13.
eius, & furans ei idola eius, ne illa vlterius adoraret. Sic
& vxor quæq; optima fortis esse debet & fructuosa, vt
etiam mortem & infamiã pati velit potius, q̃ adulte-
rare, veluti fecit Susanna, quæ nec virum vnq̃ deserat
vel in morte vel ægritudine vel aduersitate: sed ipsum
sedulo consoletur, quẽadmodũ fecit Anna mulier To
biæ vxor, vt suo loco videbimus. ¶ Tertio, vitis est
abundans in lateribus domus, ita & vxor non debet
esse extra dom⁹ latera, sed manere domi, rara in egres-
su, in lateribus, inquam, maneat, nõ in plateis ad tripu
diandum, in hostio domus ad fabulandũ, in fenestra
ad procandũ, & hoc genus locorum alio, sed manere
debet nõ in vno domus latere, sed in lateribus .i. nunc
in vno, nunc in alio loco domus solicita, vtpote aliqñ
in cubiculo ad orandũ, aliquando in sala ad ordinan-
dum, aliquando in culina ad prouidendũ &c. Et hoc 1.Tim 2.
est, quod Paulus vult ea facere mulieres, quę decẽt mu 1.Tim.5.
lieres, promittentes pietatem per bona opera, ne sint
ociosæ, ne circumeant domos, nec sint verbosæ, nec va
na loquẽtes, in silentio orãtes cum omi subiectiõe, q̃lis
fuit diua virgo, exemplar clarissimũ totius sexus mu-
liebris, quæ Ioseph desponsata prodire de domo nescia
nisi cum veniret ad ecclesiam, & hoc cum lex manda-
ret, sed & tunc nõ sola sed cum cõiuge suo sociata ibat
ad Ierusalem in ferijs vna cum filio, quę & per mõtana Luc,1.2.
velocit̃ iuit, manẽs domi cũ Elisabeth tribus mẽsibus.

Talis fuit & vxor Tobię, quæ & ideo Anna.i.gratia di-
Prou.14 cta est, qualem quisq; ducere debet: beatus eñ vir bo-
næ & gratiosæ mulieris, qm̃ bona & sapiens mulier,
ait scriptura, ædificat domũ.i. multiplicat om̃ia bona,
sicut vitis abundans in lateribus domus. Insipiens ve-
ro extructũ manibus destruet .i. operibus extermina-
3.Re. 12. bit familiã, & superbiam: sic fecit olim illa pessima Ieza
bel vxor Achab regis Israel, quæ & ipsa demũ fuit ex-
Nu. vlti. terminata. ¶ Sequitur in contextu, quod Tobias
duxerit vxorem Annam de tribu sua. Id quod intelli-
gas iuxta legem & consuetudinẽ veteris testamenti,
quandoquidẽ in ea non licuit contrahere matrimoni
um alicui, nisi cum ea persona, quæ suæ esset tribus, &
maxime quando mulier succedebat in hæreditate pa-
terna, ne si casu contraheret cum viro alterius tribus,
hæreditas sua ad aliam tribũ transiret, & sic sortes con-
funderent. Sic de patre Mosi scribitur, quod exierit vir
Exo d.2. de domo Leui, & accepit vxorẽ stirpis suæ. Sic nuper
probauimus inter alia diuam virginẽ fuisse de tribu pa
Matt.1. triarcharũ, regum, & ducum, quia fuerit vxor Ioseph, q
ex linea eorundẽ suam propagauerit originẽ. Quæ ta
men lex de ducenda vxore de eadem tribu ita intelli-
gatur, vt nemini licuerit in gradu prohibito contra-
here, siquidẽ quasi contra naturã semper fuerit, vt quis
in primo gradu affinitatis ascendentiũ & descendenti
um sicut & consanguinitatis contraheret, quum vxo-
res parentũ nobis sint in reuerentia vice parentũ no-
strorum, nec quidẽ licuit iure vnq̃ diuino, vt quis con-
traxisset in linea transuersali in primo gradu consan-
guinitatis & affinitatis, nec eñ, inquam, licuit contra-
here cum germana vel vxore germani sui, mortuo eo,
nisi ad suscitandum semen fratris præmortui, Ioanne
Bapti-

Baptista ad Herodē dicente: Non licet tibi habere vxo- Mat. 14.
rem fratris tui. Vnde & ante legem Mosaicā multipli- Marci. 6.
cato genere humano ante diluuiū vel post, creditur se Lucæ. 9.
abstinuisse à sororibus & ab vxoribus fratrū, nisi (vt an
tea dixi) ad suscitandū semen fratris præmortui, sicut
& tempore legis, vt patet in Thamar & filijs Iudæ, Nec
obstat de vxoribus Abrahæ & Isaac, quas vocauerunt
sorores: quandoquidem, quod partim, vt ex Epistolis
Petri intelligimus, reuerentiæ causa fecerunt, partim,
quia vel cōsanguineæ vel consobrinę fuerint. Ita Loth
filius fratris Abrahæ, frater ipsius dici cœpit, vt suo lo-
co multa ea de re disputauimus. Ducturi igitur vxores
in lege gratiæ, non ducent, vsq; ad quartū gradum con
sanguinitatis & affinitatis. Id quod non est loci præ-
sentis. ¶ In subsequenti contextu sequitur, quod To
bias ex Anna vxore sua genuerit filiū, cui nomē suum
.s. Tobias imposuit, docuitq; illum ab infantia timere
deum, & à peccato quolibet abstinere. ¶ Sane acci-
pimus olim nulla sui superstitione moris fuisse veteri-
bus, vt plerumq; sua noīa filijs imponerent parentes,
sed ea proculdubio ratione, vt filij deinde, noīs pater-
ni memores non modo noīe parentes, sed & opere
imitarent. Sic & vicini quondā patris Zachariæ ad cir- Lucæ. 1.
cuncidendū puerum Ioannē conuenientes, puero no-
men patris .s. Zacharias indere volebant, quē tamen
Ioannes diuina dispensatione vocabant. Sic & Tobi-
as filium suū vocauit Tobiam, vt sibi tam re q̃ nomi-
ne futurus esset similis, qualis, vt audiemus, certo fuit.
Sic & nos Christiani filijs nostris nō prophanorū, sed
imponere debemus noīa opt. Christianorū & sancto-
rum, vt eorum noīm memores conent, & esse pijs mo- 1. Cor. 4.
ribus perq̃ simillimi. Sic qui olim cōmuni vocabulo 11.

Actu. 11. vocabamur discipuli Iesu, deinde vocari cœpim' Christiani, vt nomis memores facto etiam Christũ referam',
Titi. 1. quem nisi factis pijs imitemur abominabiles erimus & incredibiles, minimeq; Christiani. ¶ Cum igitur parentes filio nomen bonũ imposuerint, debent statim vbi fari potuerit, eundem ¶ Primo instituere veram fidem, quæ in pietate constat, ita, vt tam verbo q̃ opere vnum deũ agnoscat, profiteatur, adoret & veneretur, vt diximus nuperrime. Quæ fidei docendæ regula facile accipitur ex nostris in symbolũ apostolorũ
Psal. 36. Catholicis. ¶ Secundo, vt abstineat à peccato. i. declinet, propheta præcipiente, à malo & faciat bonũ, idq; faciant parentes mox ab infantia, dum puer adhuc tener est. Et si enĩ nulla videatur ætas tam infirma, quæ non protinus quid rectũ prauũmq; sit discat, tum tamẽ vel maxime formanda est, quum simulandi nescia est, & præcipientibus facile cædit, cuiusmodi est ætas
Sapi. 1. infantilis, quæ propter innocentiã, quæ in ea est, facile
Psal. 8. discit, quũ in animã maleuolam spiritus sapientiæ non ingreditur, immo & tum natura facile recipit in se q̃d nouum est. Et hinc est, quod (vt scribit Horatius) q̃d
Hora, li. i, ad Lollium. pingit equum tenera docilem ceruice magister: Ire viã quam monstrat eques. Nunc itaq;, inquit, adhibe puro pectore verba puer. Et tum etiam, quod quemadmodũ virgula cum tenera adhuc est, facile quò volumus, flectitur, ita vbi semel flexa est manet, & difficile reflectitur. Sic enĩ quod puer imbiberit, siue bonũ siue
Hora. li. i. ad Lollium ij. malum, secum seruabit, veluti venaticus, ait Horatius, ex quo tempore ceruinã pellem latrauit in aula, Militat in syluis catulus. Quo enĩ semel est imbuta recens, seruabit odorem testa diu. Igitur puer optimis statim est imbuendus, nõ malis, quæ cum insederint, difficulter elu-

ter elues. Frangas enim citius q̃ corrigas, quæ in prauũ induruerunt. Et plerũq; grauius est, quod male didicimus dedocere, q̃ primo docere. Propter quod scribit Fabius ille Rhetor, Timotheũ in arte tibiarum clarũ, duplices ab ijs, quos alius instituisset solitum exigere mercedes, q̃ si rudes traderentur. Eapropter suadet, vt protinus, ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciat, monendus sit puer. Habendumq; in animo semper, illud Virgilianũ: Adeo à teneris consuescere multũ est. Et hoc est, quod Tobias senior exemplo oĩm parentum docuit filiũ suum ab infantia abstinere à peccato, & timere deum. Id quod ex sacris alibi scripturis aperto pariter docetur. Hæ eñ dicunt, Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Erudi filium tuũ, & refrigerabit te, & dabit delitias animæ tuæ. Virga atq; correctio tribuit sapientiã, puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. Iam vero audiuimus puerũ esse primo instituendum, vt vnũ deum confiteatur, credat, cognoscat, & veneretur. Secundo, vt à peccato abstineat. i. caueat ab eo quod est contra deum. Siquidẽ peccatũ nihil aliud sit, q̃ quod vel cogitatur vel dicitur, vel fit aut omittitur contra deum. Illud aũt quis cauebit, vbi facit, q̃d ille facere p̃cepit? Duo aũt p̃cepit. ¶ Primũ, vt eũ diligam⁹ ex toto corde nr̃o, ex tota anima nostra, ex tota mẽte nr̃a ex oĩbus viribus nostris: ex toto corde. i. ne nostrum cor inclinemus ad alicuius rei magis delectationem q̃ dei, & ad ipsum oẽs nostras cogitationes dirigam⁹. Ex tota anima. i. habeamus erga ipsum animũ in veritate certũ, & in fide firmũ, & sic in eum oẽm vitam nostram conferamus. Ex tota mente nostra. i. cum omnibus sensibus nostris ipsi vacemus, & sic nihil proferamus,

Quin. li. i. c. iiij. li. ij. c. iij.

Virg. Georg. ij.

Eccle. 7.

Prou. 29

Deut. 6. Matt. 22

mus, nisi quæ dei sunt. Et sic diligit ille vere deū & abstinet à peccato, cuius intellectus deo ministrat, cuius cogitatio, quæ dei sunt tractat, cuius memoria, quę bona sunt recordatur, & viribus om̄ibus diligit, qui quicquid potest, corde & animo ad deum refert, & illi hoc ipsum seruire cogit, à quo est, quicquid est vel habet.

Deut. 6. Exo. 20.

Qui modo ita deum diligit, certe tria, quæ ad ipsum referuntur, mandata seruat decalogi. In eum vnum deū credit. i. vnicū vitæ & mortis authorē, nomen ipsius in vanū non recipit, nec male iurat, nec blasphemat, similiterq́ ipsius sabbatū obseruat. ¶ Secundū, vt diligamus proximū nostrum sicut nos ipsos, quos deniq́ ita diligemus, vbi illis fecerimus, quæ nobis fieri velimus, & eis nō fecerimus, quæ nobis fieri nollemus, vtpote, quod lex & prophetæ docent, Lex, inquā, diuina & naturalis: quæ ait, patere legem quā tuleris. Et sequitur L. Imp. dicens: Quod quisq́ iuris in aliū statuerit, eodē ipse vtatur. Modo qui diligit proximū seruabit septem decalogi præcepta, quæ ad proximum referunt, ipsum honorabit & parentes, nō occidet eum, non ei furabitur, nō fornicabitur, nō dicet contra eum falsum testimoniū, nō concupiscet rem ipsius nec eius vxorem. Et hoc est quod Apostolus ait: Qui diligit proximū, legē implebit. i. faciet om̄ia quæ à deo fieri mandant, & vitabit quæ vitari præcipiuntur. Et iterum inquit: Om̄is enim lex in vno sermone impletur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Ita nimirū quando parentes iubentur docere pueros, vt à peccato abstineant, debent eis simul præscribere, quid peccatū sit, & q̄ multiplex eo, quo hic vsi sumus, ordine. ¶ Est aūt abstinendum à peccato ¶ Primo, quia est contra deum, qui idipsum, ne fiat, hibuit, sic vt scriptura ait: Altissimus odio habet pec-

Matt. 7. Lucæ. 6. Tobię. 4

L. 1. ff. quod quisq.

Deut. 6. Exo. 20.

Rom. 13. Gala. 5.

bet pec-

bet peccatores, qui longe à deo serui constituunt cacodæmonis, q̃m qui facit peccatũ, ait Christus, seruus est peccati, eius vero author est peccati diabolus. ¶ Secundo, quod ipsum etiam sanctos ipsos reddit infensos, quos peccando quasi iniurijs afficimus, qui enim peccando regem offendit, offendit & totam familiam & amicos ipsius. Vnde scriptura, Vir, inquit, peccator turbabit amicos, s. æterni regis. Vel quia à cõmunione sanctorũ se subtrahit, & societate militantis & triumphantis ecclesiæ, quasi si excõmunicatos eos iudicaret. Vel quia se contrariũ sanctis efficit, dum contrariæ potestati militat. Vnde Christus, Qui inquit, non est mecum contra me est. Vel quia q̃tum in se est, gloriã sanctorũ & gaudiũ minuit, qui de eius visa gloria gauderent, & in præsenti de bonis eius exemplis iocundarentur. Gaudiũ eñ est angelis super vno peccatore pœnitente. ¶ Tertio, quia inducit ex sua natura nõ solum æternale sed & temporale malũ. Qui eñ peccati, moritur. s. morte æterna, dño dicente: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Sic certe propter peccata nostra veniunt aduersa: q̃m enim primus homo peccauit, mors in omes regnare cœpit æterna & temporalis: immo ex quadam peccati maledictione oms nostra angustia. Sic quia Caim peccauit, factus est profugus in terra, & vagus & semper miseria plenus. Sic quia Cham peccauit, miserrimã semper vixit seruitutem. Sic Sodomitæ igne perierunt, & temporalia quoq; amiserunt. Sic q̃a Iudæi in deserto peccauerunt, partim eorũ sunt prostrati, partim subitanea morte consumpti, partim à serpentibus perierunt, partim diutius ægrotarunt. Sic q̃a Dauid peccarat, amisit iuniorem filiũ cum dolore summo, passusq; est ab Absalone tribulationes & ab alijs, immo

Eccle. 12. Psal. 118. Ioha. 8. Eccl. 28. Lucæ. 11. Lucæ 15. Ezec. 18. Gene. 3. Gene. 4. Gene. 9. Iere. 19. Num. 20 Num 25 Num. 21. 2. Re. 24

1.Cor.11. immo & populus ipsius pestilentia correptus fuit. Sic
Prou.14. Corinthiorum nõnulli, qui in Eucharistia peccarant dormierunt, nonnulli facti sunt imbecilles & infirmi. Sic alibi homo quidã qui peccarat, triginta octo annis ægrotus fuit &c. ¶ Quarto qm̃ peccantẽ reddit bestialem & ad oĩa quæ honesta sunt, ineptum. Hinc ad ipsum peccatorẽ ait Apocalypsis: Dicis quia diues sum
Apo. 3. & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia miser es, pauper, cæcus & nudus. Ideoq; qui magna & gloriosa conatur, à peccato abstineat, alioqui nihil cũ salute faciet, qm̃ sit absq; deo, qui nequit cũ peccato habitare: quandoquidẽ peccatũ excæcat mentem & rationem.
Soph.1. Sophonia dicente, Ambulabunt vt cæci, quia dño peccauerunt. Sic scriptura dicit, comparatus est. s. peccator cum iumẽtis insipientibus, & similis factus est illis. Sic superbus leoni, gloriosus pauoni, luxuriosus porco,
Exod.11. auarus serpenti, crudelis & liuidus cani, rapax & aua-
3.Re.17. rus lupo comparari solet &c. ¶ In summa peccatũ
Lucæ.4. homini inducit nocumentum ¶ In temporalibus, vt sunt diuitiæ & honores. Sic Aegyptij spoliati sunt vasis
4.Re.7. aureis & argenteis & alijs, quia in Hebræos peccarũt.
Iaco. 5. Israelitis peccantibus in terra promissionis clausum est
3.Re.10. cælum annis tribus & mensibus sex. Et sub Helisæo quoq; ipsis peccantibus tanta fames suborta est, vt matres filios comederent. Ita Solomon sic gloriosus toto terrarum orbe, vt à regina Saba diceretur superasse virtutibus famam, peccato lasciuiæ suam gloriã adeo amisit, vt de eius salute dubitetur, ita vt ad eum & quemli-
Eccl. 47 bet gloriosum peccatorẽ recte illud scripturæ dici pos-
Danie.4 sit: Dedisti maculã in gloria tua. Sic per superbiã ex regno maximo expulsi sunt Nabuchodonosor & Balthasar, ille ad tempus, hic prorsus. Sic & Iudæi ob pctã, ducti

ducti sunt in Babyloniā, amissa fertilissima patria sub 4.Re.vl.
Sedechia. ¶ In bonis naturalibus, ceu sunt familia pa
rentalis, consistentia (vt sic dixerim) corporalis, po-
tentia animalis. Sic Dauidi, quia fecerat blasphemare 2.Re, 12.
nomen dñi, mortuus est filius charissimus ex Bersa-
beæ. Sic Heli, quia filijs peccantibus nō restiterat, filijs
in bello occisis & ipso tandem audito nuncio, dolore 1.Reg.4.
cōmotus ex sedilio cecidit retro, & fractis ceruicibus
expirauit. Ita alibi peccator xxxviij annos languerat; Iohan.5.
quia peccarat, ad quē dñs: Ecce sanus factus es, vade &
noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contin- Esaię 38.
gat. Et Ezechias, rex Iuda propter peccatū ægrotabat
vsq; ad mortem, quia ingratus fuerat deo de victoria Num.12.
aduersum Sēnacherib obtenta. Et Maria soror Mosi,
quia contra ipsum murmurauerat, facta est leprosa.
Ita quoq; homo per peccatū potentias animales, vt Soph.1.
intellectum, voluntatē, sensum amittit: fit omniū, vt be
stia, cæcus, scriptura dicente: Ambulabunt, i. operabū- Iohan. 9
tur vt cæci, quia dño peccauerunt. ¶ In bonis spiritu-
alibus, vt sunt munimenta suffragiorū, fulcimenta me- Sapiē. 1.
ritorum, ornamenta virtutū & donorū: quandoquidē
deus peccatores nō exaudit, nec in peccatorū animam Psal. 118.
sapientia dñi intrat. Sic nec sacramenta, nec indulgen-
tiæ prosunt peccatoribus, inquantū sunt peccatores. i.
sine proposito in instituto emendandi. Ita nimirū qui
hoc in seculo & alibi voluerit vere esse beatus idemq;
felix, à peccato mox ab infantia caueat, quēadmodū
scriptura nobis in exemplū adfirmat, Tobiam filium
suum ab infantia docuisse, vt ab omi peccato caueret,
deumq; timeret. ¶ Vnde & hac in parte de timore
dei aliqua subijciemus, vti re multo optima & maxi- Psal. 33.
ma; de qua ad suos ait ꝓpheta: Venite filij audite me,
timo-

Cicer. 4. Tuscu. timorē dñi docebo vos. ¶ Timorē in genere Cicero describit esse metū de malo appropinquante, & ipm ex amore causari, quū sollicitudo occurrat ne amittat, q̄d amat. Hinc ¶ Timorē dei puto definiri posse, anxiam de conseruanda gratia dei sollicitudinē, ne illa amissa amittatur qui charissimus est. s. deus, quo amisso, pœna gehenna inueniatur. Amittitur aūt gratia dei peccato. Inde ¶ timere deum, est prorsus esse sollicitū, ne peccetur & gratia peccato amittatur, & pœna succedat gehennalis. Et sic ab amore dñi profluit timor dñi, qui est, ne quis à gratia deseratur, inęstimabili gloria priuetur, in gehenna crucietur. Vnde Esaias in persona deum timentiū: A timore tuo concepimus domine, & parturiuimus spiritū salutis. Sic fit, vt tum timemus deum, quando eius mandata seruantes abstinemus à peccato summa sollicitudine, ne eius gratiam amittamus, qui optimus est & maximus, qui nos creauit, conseruat & saluat, & omnia corpori & animæ bona tribuit sine nostris meritis, & ne à gratia ex aliis excludamur pariter ab æterna gloria, detrudendi in gehennā. Timor aūt dñi talis, ¶ Primo infundit gratiā, vtpote q̄ ppterea dicit fons vitæ. Sicut em̄ à fonte pcedit riuulus, ita à timore dei, riuulus gratiæ. ¶ Secundo peccatū inquit scriptura, expellit & remittit, quippe q̄ peccata p̄terita corrigit, p̄sentia vitat, futura cauet consideratione damnificationis. Hinc & scriptura Per timorem, inquit, dñi declinat omis à malo. ¶ Tertio, vitam perficit ex radice charitatis procedēs. Vnde scriptura: Time deum, & eius mandata obserua, hoc est, omis homo. i. per quod homo habet esse gratiæ & demum gloriæ. Et (vt paucis concludam) nihil est omnibus

Esaiæ. 26

Prou. 15.

Eccle. 1.

Prou. 14

bus hominibus in quocunq; viuendi genere & statu vi-
uentibus, timore dñi vtilius. Timor quidem dei vtilis Prouer. 15
est, ¶ peccantibus, quos consideratione pœnæ coar- Mat. 10.
guit, in misericordiam dñi, & ad contritionē adducit, Lucæ 12
Inde dictum est per timorem dñi omnem à malo de-
clinare. Sic dñs timendum voluit eum, qui corpus & Eccle .1.
animam haberet perdere in gehenna. ¶ Pœnitentib⁹ Lucæ.18.
quos ducit ad contritionem, confessionem & satisfacti
onem, quibus sane iustificatur, vt sine timore dñi ho-
mo non iustificatur. Vnde publicanus adorando de-
um, timens, domū rediјt iustificatus. ¶ Tribulatis, q̄s Actuū. 5.
facit libenter sufferre tribulationes, quemadmodum
ægrotus mortē corporis timens, etiam amarissimas
potiones sumit. Inde sancti dei hoīes in aduersitatibus
gaudebant, & eas affectabant, q̄m sperabant inde eua-
dere pœnas futuras, & separationē à deo, quem time-
bant. Et ergo inquit scriptura: Sta in iustitia & timo- Eccle. 2.
re, & præpara animā tuam ad tentationē. ¶ Tenta-
tis, quos diligentes facit in pugna spirituali. Sicut enī
pugnanti pro sua hæreditate timor incutit sollicitudi-
nem in aggrediendo, perseuerantiā in pugnando, con-
fidentiam in vincendo, sic timor dei &c. Ideoq; Eccle- Eccle.27
siastes ait: Qui deum timet nihil negligit. s. eorum, quæ
oportet facere pro vincendis vitijs. Et proinde nisi te- Prou. 14
nueris te, inquit scriptura, in timore dñi, cito subuer-
tetur domus tua. In timore enim domini, fiducia for-
titudinis. Hæc sane & hoc genus infinita bona sic ho- Eccle. 25
minibus confert timor domini, vt recte scriptura di-
xerit, timorem domini super omnia. Et ideo beatum
esse virum, cui datū sit habere timorem dñi. Vnde tam
fideliter senior Tobias filiū docuit ab infantia time-
re deū,

re deum, fitq; inde perspicuũ q̃ impie egerint, qui nr̃a ætate hoĩes suis hæreticis dogmatibus ab om̃i timore dei & hoĩm subtraxerũt. ¶ Nec interim poterũt excusari, fortassis dicturi quod de timore seruili dixerint, q̃ vtiq; non opus est, sed immo qui sit tam nociuus homini q̃ superuacaneus, sed sola opus sit charitate, quæ

1.Ioh. 4. vt Apostolus ait, omnẽ timorẽ expellit. Timor enim, inquit Ioannes, non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ, qm̃ timor pœnam habet: qui aũt timet non est perfectus in charitate. ¶ Respõdeo de eo loqui timore Ioannẽ, qui est absq; charitate, qui habet pœnã. i. cruciatũ miseræ conscientiæ, quæ fraterna caret dilectione, qui cum simul stare nequit, metuit quidem iram dei, quisquis odio in fratrem laborat, verum qui timor plane nõ prosit, quum nõ sit cum charitate coniunctus. Nos verò loquimur de eo quidẽ ti-

Eccl. 23. more, qui ne peccetur, cauet, quem sacræ literæ amori, nec immerito coniungunt, dicentes: Timor dñi initiũ dilectionis, inquirens quæ placita sunt ei. Nam qui timore iudicij fugere cœpit atq; horrere peccatum, q̃d vnum à deo mentem eius auerterat, necesse est magis reddatur idoneus, qui & amet deum & redametur à deo. Quandoquidẽ timoris tam necessarij propheta (qui proculdubio ardentissime deũ dilexit) conspiciẽs vtilitatem, eum in se non mitti solum, sed & incuti for-

Psal. 118. titer, & cum doloris sensu vibrari precatus est, Confige, inquiens, timore tuo carnes meas, à iudicijs eñ tuis timui. Et quorsum voluisset nos deus admonere tartari & inferni cruciatu terrere, nisi vt eius cruciatus timor chami freniq; loco foret, quibus hoĩes à peccato reflecteret, reflexos ad se traheret, retractos in charitate[?] & suo fauore dirigeret? Et quis oro rationis cõpos negaret

negaret alicui opus esse timore dñi, dei Opt. Max. quũ idem noster sit dñs & pater, & ipsi eius simus filij & serui qui illi vt dño nostro timorem, patri honorem & vtriq; amorem debemus, Ipso ad nos per prophetã dicente: Filius honorat patrem, & seruus dñm suum. Malac. 1.
Si ergo pater ego sim, vbi est honor meus? etsi dominus ego sum, vbi est timor meus? Siquidẽ ipse vnicus & primus sit pater ac creator noster, de quo propheta idem dicit: Nunquid non vnus pater omniũ nostrũ? Mala. 2.
Nunquid nõ vnus deus creauit nos?

Periodus IIII.

Igitur dum per captiuitatem deuenisset cum uxore sua & filio in ciuitatem Niniuen cum omni tribu sua, & cum omnes ederent ex cibis gentilium, iste custodiuit animam suam, & nunquã contaminatus est in escis eorum.

¶ Quæ in præcedenti periodo de Tobiæ filio, eiusq; institutione scripta, quasi obiter & per transgressionẽ scripta intelligimus, hinc in præsenti periodo, relicta transgressione, fit regressio ad virtutes ipsius Tobiæ senioris, inter quas præcipua fuit religionis constantia, vt qui religionẽ Iudaicam vel inter Ethnicos adeoq; hostes ipsos diligenter, alijs etiamnũ deficientibus, obseruauerit, scriptura de eo dicente. Igitur dum per captiuitatem &c. Vnde ¶ Primo coll. Tobiam, quando in diebus Salmanazar regis Assyriorum captus fuit, tanta extitisse ætate, vt etiam vxorem & filium habuerit. ¶ Secundo, Tobiam ipsum vnã cũ tota tribu sua ductum fuisse per captiuitatẽ in ciuitatẽ Niniuen, Gene. 10

quæ ciuitas fuit Assyriorum, sic dicta à Nino filio Beli, qui eam post Assur ædificauit, & regnum Assyriorum ampliauit ex stirpe Sem, filij maioris Noe, qui nimirum Ninus, omnium primus aliorum terminos inuasisse, & omnes denique magnos populos Asiæ, excepta India, subiugasse traditur. ¶ Tertio, Tobiam vsque adeo religionis suæ constantem fuisse, vt etiam gentilium cibis vesci noluerit, quamuis inter eos vti capitales inimicos habitare coactus fuerit. Quo in loco sciendum duxerim, cibos hic gentilium appellari omnia, quibus vescebant Ethnici, quæ tamen Iudæis ex lege interdicta, veluti cerimonialia fuere, qualia erant, quæ immunda habebantur apud eos, cuiusmodi in scripturis recensentur, quæ ruminant & vngulas habent, sed eas nō diuidunt, ceu sunt, cameli, lepores, porci &c. quæ illis vti immunda prohibebant edi, tum quia Ethnici eis plerumq; semper in immolationibus vti consuerant, tum quoniam per huiusmodi animalia quasi signis & figuris figurabantur vitia, quibus hoïes redduntur immundi, siquidē porcus figuret luxuriam, lepus timiditatem ignauiæ, camelus, propter gibbum quem habet in dorso, tumorē superbiæ. Quæ nimirū ceremonialia præcepta, quia ad diuinū cultum qui in nouo testamento futurus erat per Christū apertissimus, quasi figuris, vt dixi, quibusdā dirigebant, ne prorsus dei cultus, veritate nondū per Christū detecta, in obliuionē iret, ab omibus Iudæis obseruari solebāt veluti pro memorialibus quæ nunc ad eum modū in nouo testamento nisi secundū moralem intellectū nō obligant, Apostolo dicente: Nemo vos iudicet in cibo aut potu &c. quæ sunt vmbra futurorū .i. figura .s. Christi & populi Christiani & sacramentorum & morum ipsorū.

Iustinus lib. i. Euseb. de præpa. Euang. lib. 10. Leuiti. 11. Deut. 14. 1. Cor. 8. Colos. 2.

ipsorum. ¶ Prӕterea per cibos gentilium hic ferme possumus intelligere, quӕcunque cibaria gentilibus ad comedendum apposita, cum quibus nec vesci nec bibere nec conuersari Iudӕis licebat, attestante idipsum muliercula Samaritica, quum ad Iesum, bibere petentem, dixit. Quomodo tu Iudӕus cum sis, bibere á me poscis, quӕ sum mulier Samaritana? Non eñ coutuntur Iudӕi Samaritanis. Et Christus alibi ad discipulos, quos ante mortem suam prӕdicatũ mittens, ait: In viam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samarianorũ ne intraueritis. ¶ Prohibiti aũt sunt Iudӕi cohabitare cum Ethnicis, tum vt ij fortassis confusi, quia spernebãtur, ad dei cultũ conuerterent: tum ne per eos Iudӕi ad idololatriam seducerentur, quum ad illos alibi dominus dixerit: Non inibis cum eis scilicet gentibus, per quas illi erant profecturi fœdus, nec cum dijs eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant, si seruieris dijs eorum, quod tibi certe erit in scandalum. Et rursus: Non inibis, inquit, cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum ne sequatur me, vt magis seruiat dijs alienis. ¶ Cuius sane prӕcepti Tobias haud immemor, quando cum tota tribu sua per captiuitatem in Niniuem peruenisset, & pene plerique omnes cibis gentilium vescerentur, eorúmque conuictu vterentur, ipse solus constanter abstinuit, animámque suam immaculatam seruauit. Vnde & nos Christiani docemur ¶ Primo vt constanter etiam inter inimicos perseueremus in veteri nostra religione, fide & doctrina, memores verbi Christi, quo ait: Qui perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit.

Iohan. 4
Mat. 10.
Exo. 23.
Deut. 7.
Matt. 10.

1.Cor. 15 erit. Vnde Apostolus inquit: Fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere dñi,
Danie.3. semper scientes, quod labor vester non est inanis in dño. Sic nimirum tres illi pueri Israhelitici anteq̃ vellẽt à vera pietate deflectere, Nabuchodonozor statuã adorare, conijci in caminũ ignis maluerũt. Sic q̃q; Machabęi & ipsi Israhelitę anteq̃ vellent mãducare de cibis lege ꝓhibitis iussu regis Antiochi trucidari maluerũt, q̃s ipse Matathias princeps moribũdus in hæc verba hor-
1.Mac.1.3 tatus ẽ: Nũc ergo o filij ęmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum, & mementote operũ patrũ, quæ fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriã magnã & nomen æternũ. Sic plerique apostoli & martyres, ne à pietate & religione vera deflecterent, multi serra dimidiati, altis alij voraginibus mersi, ignibus consumpti, præcipitati, truncati, lapidibus obruti, bestijs obiecti sunt, de quibus scriptu-
Sapien.5 ra: Stabunt, inquit, iusti in magna constantia aduersus
Heb. 11. eos, qui se angustiauerunt &c. Proinde in alio seculo inter filios dei computati sunt. Væ igitur nobis ¶ Væ nobis, quorum plerique nullo adhuc compulsi supplicio in hisce nouissimis diebus, vt prædictũ est, à sanctissima nostra eademq; veteri religione defecimus ad sectas plane erroneas, à deo eiusq; institutis omnino alienas. An non verè Galathæ sumus & forte mobiliores, ad
Gala.1.3. quos merito Apostolus sit dicturus: O insensati Galathæ, quis vos fascinauit nõ obedire veritati, & sic tam cito trãsferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiã Christi in aliud euangeliũ, quod nõ est aliud. Ante quorũ oculos Christus Iesus prę̃scriptus est, & in vobis crucifixus? O vere crucifixus, quẽ in suis sacramentis adeoq; in omnibus doctrinis, q̃ nisi virtutes salutares perdocẽt, ostẽ

ostentui habem⁹ & blasphemam⁹. Reuertimini igitur
reuertimini & agite pœnitentiã. Si enĩ pœnitentiã, in- Lucæ. 13.
quit dñs, nõ habueritis, oẽs similiter peribitis. ¶ Secũ
do coll. recte à nobis & à nostra cõuersatiõe prorsus vi Math. 18
tari, qui Ethnicorũ sunt similes, cuiusmodi esse scimus
ecclesiæ eiusq; mandato nõ obedientes, ac inordinate
viuentes, quorũ in numero proculdubio oĩs est excõ
municatus & hæreticus, de quo dñs: Si aũt, s. correptus 1. Cor. 5.
legitime, ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut Ethnicus
& Publicanus. i. cum eo nulla sit tibi conuersatio, siqui 2. Tes. 3.
dem cum eiusmodi hoĩe nos noluerit commisceri, nec
cum eo cibum sumere, quũ & aliàs dicat: Denunciam⁹ 2. Tes. 3.
vobis fratres, in noĩe dñi nostri Iesu Christi, vt subtra-
hatis vos ab oĩ fratre ambulante inordinate, & non
secundũ traditionem nostrã. Et quare ita vitandus à
nobis est, excõmunicatus & hæreticus? Tum, inquit
Paulus, vt confundatur. s. & pudore suffusus ad melio-
rem vitam redeat, tum, ait scriptura, ne quis cum illo
seducatur, qm̃ inquit Propheta: Cum sancto sanctus Psal. 17.
eris, cum viro innocente innocens eris: Et cum electo
electus eris, & cum peruerso peruerteris. ¶ Cæterũ
occurrit hic dubium, Nunquid in Christianismo recte
seruemus cerimonias ecclesiæ, quẽadmodũ synagogæ
Iudæi seruarunt? Respondeo, hoc à nobis dubiũ iam-
pridem suo in loco pluribus esse solutũ in Cẽturijs no
stris. Sed suboritur hoc in loco alia quæstio, qua quæri
tur, quid fuerint pleraq; cibaria Iudæis vesci veluti im-
munda prorsus prohibita, quũ tamen scriptura dixe-
rit, valde esse bona oĩa, quæ deus creauit. Et Aposto 1. Tim. 5.
lus, inquit, nihil esse reijciendũ sed totum, quod appon i
tur, cum gratiarũ actione sumendũ, quandoquidẽ oĩs
creatura dei bona sit, sanctificeturq; per verbũ dei &

 oratio-

Act. 10. orationē. Præterea vox ad Petrū ait: Qđ deus purificauit, tu cōmune ne dixeris. Quid ergo (quærit) Tobias custodiuit animā suā, & nunq̄ cōtaminatus est in escis eorū? Rñdeo, negari nō posse, quin oīa q̄ deus creauit in sua conditiōe & creatione eē bona, esse tñ ac dici mūda, nō quidē per se sed in vsu ad alia. Siquidē sint immūda quædā, nō quia peccēt, quū intellectu & ratiōe careant, verū, quia vel ¶ Primo hoīes abutunt illis vtpote q̄d vel idolis immolantur vel in maleficijs. Sic pecus cū quo quis coierit præcipit occidi cum eo ī detestationē

Leui. 20. peccati, q̄d homo exercuit cū pecore, sic Iudæi adhære-

1. Cor. 8. bant vesci ijs, quæ idolis erant immolata. ¶ Secundo quia venenosa sint & abominabilia, vti serpentes & vermes alij venenosi. ¶ Tertio quia ex nutrimento immundo & abominabili nutriuntur, feles & sues. ¶ Quarto, quia in loco immundo. s. subtus terram habitant, vt talpæ & mures, vnde fœtorē contrahunt. ¶ Quinto, q̄m in cibū accepta faciunt malū nutrimentum, vtpote propter nimiā humiditatē vel siccitatem, cuiusmodi sunt, quæ vngulā nō diuidunt, vtpote bufones, cuniculi, chœrogrylli & alia id genus. ¶ Sexto quia per animalia ipsa designari & figurari solebant immūda vitia, veluti per porcū luxuria, per camelum gibbosum superbia &c. quæ vel oīa prohibebant Iudæis, partim quia hoīes corporaliter polluebant, partim in figura reddebant hoīes immunda spiritualiter, q̄m fiebat in eis ab hominibus quod erat prohibitū ipsis ad tempus figurarū implendarū per veritatē quæ est Christus: quia lex, ait Euangelista, per Mosen data est, gra-

Iohan. 1. tia & veritas per Iesum Christum facta est. Et sic quia quædā olim in veteri testamēto, ceu cerimonialia fieri præcipiebant, quædā ꝓhibebant ex lege, ideo spūaliter

dicebā

dicebant immunda,nõ ex se,sed quia hoĩes illis vtebãtur contra legẽ,vñ peccatũ subinde suboriebat:vbi eñ nõ est lex,nec p̃uaricatio,ideoq; tum lex, autore Ap?o vocabat lex peccati & mortis.Etsi eñ vsq; ad legẽ peccatũ in mũdo fuerat, pc̃m tñ non imputabat,quũ lex nõ esset.Ex ijs mõ fit perspicuũ,quibus ex causis cibaria quædã Iudæis fuerint interdicta,nimirũ,vt ꝓhiberent per hoc vitari ea,q̃ spiritualiter inibi figurabant,q̃ ꝓhibitio cessat in nouo test,in q̃ figura per veritatẽ abire coacta fuerit,qm̃ nõ sumus sub lege,sed sub gratia. Rom. 8.

¶ Cæterũ,inquiũt hæretici,igitur impie agitur ab illis, qui nũc in tempore gratiæ cerimonias obseruãt,& interdicta dierũ & escarũ vel Paulo dicente: Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbatorũ, q̃ sunt vmbra futurorũ, corpus aũt Christi:qui & eiusmõi ait à fide discedere,q ꝓhibẽt nubere,abstinere à cibis,q̃s deus creauit,ad percipiendũ cũ gratiarũ actiõe fidelibus,& ijs q cognouerũt veritatẽ. Quid ergo aiunt,nos varias nũc seruam⁹ ceremonias,& ĩ varietate festorũ & cibariorũ versamur? Colos. 2. 1. Tim. 4

¶ Rñdeo, Ceremonias alias Iudæis, alias e sse nobis, & aliter à nobis,aliter ab illis obseruari.Siquidẽ constet ceremonialia vltra id,q̃d deuotionẽ in mortaliũ cordibus ꝓuocãt,esse pleraq; oĩa figuralia, & ceremonialia veteris test.ab eis,q̃ sunt in nouo test.in hoc quidẽ differre,q̃d ceremonialia veteris test.nõ solũ fuisse figuratiua veritatis ĩ patria manifestãdę,sed & fuisse figuratiua Christi q est via,dicens ad illã patriæ veritatẽ.Ipsa vero ceremonialia noui test,nõ sunt figuratiua ei⁹ viæ vt futuræ,vtpote q̃ iã reuelata sit,sed figuratiua eẽ piñ p̃teriti vel p̃ntis.Sic nimirũ sacrificia & oblatiões ĩ vete,test. figurabãt Chr̃m ĩ cruce offerẽdũ & immolãdũ ĩ nouo Iohan. 1.

testamento. Nunc vero sacrificiũ missæ. s. Eucharistiæ, quod fit sub specie panis & vini, figurat Christũ nuper oblatum, ita vt sit memoriale dominicæ passionis, iux
Lucæ 22 ta dictum saluatoris dicentis: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam comme morationẽ. Et sic de aliis ceremonialibus, quẽadmodum suo loco, fauente deo, latius disputaturi sumus. Ita etiamnum luminaria, quorũ vsus erat in veteri testamento in templo, figurabant Christũ verum lumẽ aliquando in hunc mũdũ & in templũ venturũ, quo
Iohã. 1. essent illuminandi omẽs, qui venirent in hunc mun-
Lucæ. 2. dum. Nobiscum aũt significant idipsum lumen venisse, & admonet simul quale lumen debeat fidei & cha-
1. Tim. 4 ritatis in templo cordis nostri splendescere, si ad lucem illam in cælis inaccessibilẽ peruenire aliquãdo vo
Actu. 10 luerimus. ¶ Quantũ vero ad ceremonias ciborum, Respondeo: Nulla genera ciborum ex se esse quasi peccato immunda vel mala vel hoĩem ex se coinquinare, qm̃ om̃is creatura dei bona sit, nec liceat, vt cõmunia & immunda dicamus, quæ deus purificauit, cuiusmo-
Matt. 15. di sunt om̃ia ciborũ genera. Vnde & Christus: Non q̃d inquit, intrat in os coinquinat hoĩem, sed quod exit de ore. s. cordis. i. peccatũ. Fieri tamen posse, vt aliqui cibi coinquinent (vt sic dixerim) per accidens hoĩem, vtpote, quũ contra obedientiã vel votum vel ex nimia concupiscentia eduntur, vel quando præbent fomen-
Hiere. 35 tum libidini. Sic Ionadab filius Rechab, filiis suis præcepit ne vinũ biberent: quod illi seruantes, à deo ita meriti sunt benedici, vt de eorum stirpe vir nunq̃ defecerit. Sic ante diluuiũ hoĩes non vescebant̃ carnibus sed oleribus tantũ. Sic tres illi pueri. s. Ananias, Mizael &
Danie. 1. Azarias & Daniel aquis duntaxat poti, & leguminib' pasti

pasti sunt, quibus propterea deus, inquit scriptura, scientiam & disciplinā dedit in omni libro & sapientia, & Danieli intelligentiā omniū visionū & somniorꝝ. Sic Iohannes Baptista nec siceram nec vinū bibit, nec car- Matt. 3.
ne, sed locustis tantū & melle syluestri vescebatur. Sic Lucæ 1.
legimus Christū cum discipulis nō nisi in vltima cœna fuisse carnibus vsum. s. vt nobis exemplū præberet par- Lucę 21.
simoniæ, qui paulo ante ad nos dixerat: Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Sic Paulus præcipit, inquiens: Nolite inebriari vi- Ephe. 5.
no, in quo est luxuria. Sic ecclesia vt nos saltem aliquo tempore ad deuotionē & maiorem pietatē traheret, decreuit: vt aliquot per annū diebus à carnibus & hoc genus alijs luxuriosioribus cibis abstineremus, non quia cibi ex se mali sint, sed ne nos inde ad malum. s. crapulæ occasionē acciperemus, quandoquidē stramen igni coniunctū comburit. Inde qui nulla coacti necessitate eiusmodi cibis & temere prohibitis diebus vescuntur loco sunt Ethnicorꝝ, quia ecclesiam nō audiunt: nimirum superbi & eius imperio inobedientes. Propterea morte digni: siquidē, qui superbierit ait scriptura, Deut. 17
nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis Deut. 19.
morietur homo ille, & auferas malū de Israel, cunctúsq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaq̃ talia facere audeant. ¶ Præterea qui contra votum, quod fortassis fecerunt, sine consensu huiusmodi prohibitis cibis vescunt, mortaliter peccant, qm̃ deus per Mosen ait: Si quis virorꝝ votum dn̄o vouerit, Nu. 30.
aut se constrinxerit iuramento, nō faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit, implebit. Et scriptura: Si quid vouisti deo, ne moreris reddere. Sed quę- Eccle. 5.

cunq; voueris deo, redde. ¶Insuper peccant mortaliter, qui ita eis vescuntur cibis, vt cæteros scandalizẽt, .i. deteriores ex eo faciunt, veluti nunc temerarij quidam hæretici factitant, plane carnales, & à diuo Paulo quem in ore frustra iactitant alienissimi: quandoquidem ille dixerit: Si esca scandalizat fratrem meũ, non
1. Cor. 8. manducabo in æternũ, ne fratrem meũ scandalizem. Scandalizantis aũt pœnã Christus hisce sub verbis ex-
Matt. 18. pressit, inquiens: Expedit ei. s. scandalizanti, vt suspen-
Marci. 9. datur mola asinaria in collo eius, & demergatur in pro
Lucæ. 9. fundum maris. Væ homini per quẽ veniunt scandala. ¶ Quanta vero ab istis temerarijs & fidifragis in misellam plebeculã scandala deriuarint, argumento est tam impudens vbiq; in vulgo leuitas, temeritas, despectio, irrisio, irreuerentia, luxuria, inobedientia, & hoc genus mala propemodũ & adeo turpia & infinita, vt authores eorũ nunc suppudeant, vt quæ vellent retractatũ iri si possent, sed præualuit incendiũ. ¶Ex ijs vero constat, q̃ male mereant, & q̃ sint puniri multo dignissimi, & q̃ horrenda apud deũ maneat pœna magistratus, qui hactenus ad om̃ia mala, nescio qua ex causa, conniueant, quando de vno quoq; eorũ Propheta
Hier. 48 dicat: Maledictus qui facit opus dñi fraudulenter: & maledictus, qui prohibet gladiũ suum à sanguine. ¶ Nec est, quod hæretici obijciant, deum omnia libera reliquisse, & in vsum nostrum cuncta creasse. Respondeo: illum libera reliquisse omnia, quæ vel peccata nõ sunt, vel ad peccatũ non prouocant, quæ ecclesiæ iudicio reliquit. Hinc quia ecclesia vidit mala ex quibusdã cibis prouenire, ideo illa certis prohibuit diebus. Sic etsi Christus omnia in Euangelio tempore suo libera
Actu. 15. reliquerit cibaria, Apostoli tamẽ spũsancto inspiratore po-

re postea prohibuere, ne quis immolatis simulachrorũ & sanguine & suffocato vesceretur, quũ tamẽ & Apostolus dixerit idolũ nihil esse, nec proinde à cibo illi immolato fore necessario abstinendũ. Itaq; nõ expediet hæreticis in contrariũ allegare, quod alias idẽ Apl'us ait: Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi. s. quæ vmbra sunt futurorũ &c. Respondeo: Paulũ isthic loqui de cibarijs quæ in figura Iudæis prohibebant, vt. s. aliquid per ea fugiendũ, & maxime in nouo test. figurarent, quæ figura cũ in Christo transiit & facta sunt nobis oĩa lex spiritualis, ecclesia cibaria nõ in figura, sed ne inde abusus suboriatur & malũ, & ita quidẽ prohibuit, vt necessitas inibi nõ liget: vtpote quod illa nolit quempiã mori ideo, quia in Parasceues die carnibus vesci nõ auderet, vt quæ cũ Apostolo velit nostrũ obsequiũ esse rationabile. i. non vltra vires & possibilitates nostras. Sane quæ necessitas vbi ecclesiæ constat, rite legem laxat, dicens cũ eodem Apostolo: Quæ pacis sunt sectemur, quæ ædificationis sunt in inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei: Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est, nõ manducare carnem, & non bibere vinũ, neq; in quo frater tuus offendit, aut scandalizat, aut infirmat. Videte aũt, ne forte hæc licẽtia vestra offendiculũ fiat infirmis. Hęc Paulus cũ ecclesia, q̃ adeo hacten⁹ hæretici obseruarũt, vt pene oẽs infirmos & firmos in anima, corpore & re plusq̃ dici possit offenderĩt, facti & animarũ & corporũ in aperto homicidæ, qui neq; humanas, neq; diuinas leges quicq̃ cordi habẽt, Tobiæ viri sanctissimi oĩno immemores, qui in escis gẽtiliũ & sibi à lege per figurã ꝓhibitis, se nunq̃ cõtaminarit. Ex

1. Cor. 8.

Colos. 2.

Rom. 14

1. Cor. 8.

ea vero legis & ceremoniarum, quid & quantum mercedis à deo receperit, subsequens indicabit periodus. De ceremonijs autem alibi latior nobis est disputatio &c.

Periodus V.

Et quoniam memor fuit domini in toto corde suo, dedit illi deus gratiam in conspectu Salmanazar regis, & illi dedit potestatem, quocunque uellet ire, habens libertatem quæcunque facere uoluisset.

¶ Recensuit scriptura constantiam religionis Tobiæ, qui etsi captus inter capitales inimicos, & eos quidem Ethnicos, detineretur, vesci tamen noluit cibis, sibi à lege prohibitis, se ab eis immaculatum custodiens, simulque nos suo exemplo instruens, vt & ipsi nostræ legis, fidei & religionis constantes simus, inde nequaquam discessuri, memores, neminem fore beatum, nisi qui inibi
Mat. 10. vsque in finem perseuerauerit. Item deinde scriptura per docet, quid ille, quia memor domini suæ fuerit religionis constans, meruerit. Et quoniam, inquit, Tobias memor fuit domini &c. Vnde ¶ Docemur iam deo placere nostram in fide & religione vera constantiam, vt illam non modo alio in seculo velit recompensare, alibi dicens ad eos, qui constanter nomine eius patiuntur: Gaudete & exultate,
Mat. 5. quoniam merces vestra copiosa est in cælis, verumetiam certo
Lucæ. 6. dignetur eandem constantiam in hoc seculo adeo mirabiliter remunerare, vt qui sic constans fuerit, non modo non ab aduersarijs possit offendi, sed cæteris charior apud illos haberi, nec aliquo modo ab eis vel lædi vel interfici, nisi quum ipse voluerit, & eius, qui constans est, interfuerit, tum sane nemo sit, qui nolit nomine

Iesu

Iesu, adeoq; propter salutē suam subire mortē. Sic etsi reliqui omēs Iudæi vescerentur de cibis gentiliū, deficerentq; à sua religione, nihilominus capti non sui erāt iuris, Tobias tamen qui constans mansit, deo datore, eam adeptus est gratiam apud regē, vt ita sui esset iuris, vt quò vellet, libere potuerit proficisci. Similē q̄q; gratiam Daniel propter constantiā suæ legis & religionis nactus est apud Nabuchodonozor, qui eum in sublime extulit, & munera multa & magna dedit, & constituit eum principem super omēs prouincias Babylonis, & præfectū & magistrū super cunctos sapientes Babylonis. Daniel. 2. ¶ Nec mirū, quod vel inimici constantibus veræ fidei parcunt, quandoquidē cum illis sit dn̄s defensor. Qui si cum aliquo, quis contra eum? Sic, quia tres pueri Iudaici Sidrac, Misac, & Abdenago constantes fuere religionis suæ, ignis flammā non sensere, qui & postea in regis Nabuchodonozor gratia fuerunt, quos ille promouit in prouincia Babylonis. Hier. 42. Rom. 8. Danie. 3. Sic fratres chariss. stabiles, hortatore Apostolo, estote & immobiles, abundantes in omni opere dn̄i, semper scientes, q̄d labor vester nō est inanis in dn̄o: nec deficiatis à fide vestra vera & religione pristina, vel q̄libet hostibus sæuientibus, qui nihil poterunt contra deum, qui pro vobis pugnabit, & isti frustra contra eum luctant. Causa nimirum fidei & religionis, dn̄i est causa, quā & ipse fortiter defensabit, modo eam in præceptis seruandis obseruemus. 1. Cor. 15.

Periodus VI.

Pergebat enim per omnes, qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis.

¶ Quoniā regnū decem tribuum in Iudæa à gentilibus 4. Re. 17

libus Idololatris occupabatur, quos Salmanazar illuc transtulerat Tobias ipse redire noluit vtcunq; liber, sed maluit manere in terra aliena, inibiq; captis adesse q̃ in propria reuerti, quẽadmodũ hic arguit periodus. Ex quo intelligimus, quã libertatis gratiã habuit præ cæteris Tobias, nimirum, quod potuerit ire passim ad captiuos & eos monere ad om̃ia, quæ erant ipsorum salutis, quibus adfuit consiliator. Commendat aũt hic maxime virtutis. s. misericordiæ, quæ (vt diximus in Centurijs) est alienæ miseriæ quædã in nostro corde compassio, quasi vtiq; possimus subuenire, compellimur.
Matt. 25 Eius virtutis sunt septem species, quarũ est, incarceratos visitare & consolari, veluti Tobias fecit, qui illis dedit ¶ monita salutis: quæ proculdubio nihil erant aliud q̃ ad ipsas exhortationes, ne propter captiuitatẽ de-
Iuth. 8. ficerent à deo creatore & saluatore ad idololatriã, nec desperarent, quasi à deo derelicti vel q̃si iniuste detinerentur, verũ memores esse vellẽt, eam captiuitatẽ vel pati propter sua peccata, vt illa sic temporaliter puniantur vel in augmentũ meriti, qm̃ deus, quos diligit,
Psal. 36. corrigat, qui tamen in tempore eos esset erepturus,
Prou. 3. quibus ipse vel adesse rebus quibus possit om̃ibus. s. su-
Psal. 100 is apud deum & hoĩem orationibus. Sic & suo exem-
Actu. 12. plo Tobias nos docet, vt & ipsi simus eo modo misericordes erga captiuos, non modo quia natura ad eam nos compellit, sed multo magis, quoniam dominus eam nos misericordiam præceperit illis exhibere: sic eueniet, vt deum habituri simus misericordem, adeo vt nos ab omni temporanea & æterna captiuitate sit liberaturus & custoditurus.

Periodus VII.

Cum

Cum autem uenisset in Rages ciuitatem Medorum, & ex ĳs quibus honoratus fuerat à rege habuisset decē talenta argenti, & cum in multa turba gñis sui Gabelū egentē uideret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratū pondus argenti.

¶ Postq̃ scriptura in genere commonstrauit misericordiā Tobiæ, qua ille in omēs indiscriminatim misericors extitit, ambulans ad omēs, qui captiui erant, & cōsolans eos, hac in parte speciatim cōmēdat eundē à misericordia, qua liberalis in eū, qui de eius fuit tribu, extitit, inquiens: Cū aūt venisset in Rages ciuitatē Medorum &c. Sūt aūt ¶ Medi populi Mediæ, q̃ regio est in Asia, Solino teste, & Ptol. atq; Iosepho, q̃ à Septētrione Hircano mari terminat, ab occasu maiori Armeniæ & Assyriæ, à meridie Perside, ab Oriente Hircania, ac partib⁹ quæ montibus excludit. Ex gñe aūt misericordiæ, qua Tobias Gabelū ,psequutus est, adeoq; ex toto hoc cōtextu sciendū est ¶ Primo, nos debere misericordiam vniuersis hoībus, tam notis q̃ ignotis, Christo dicente: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors ē, Matt. 5.
quia ipse benignus est suder bonos & malos. Ad mise Lucæ 6.
ricordiā vero nō solū scriptura sed & natura cohortat
atq; irrationalis creatura: qñquidē arbores & herbæ Pli. li. 8. c
suis fructibus & floribus se priuāt, vt nr̄is indigētĳs sub 42.
ueniant. Mortua equa pullū eius alia suscipit ad nutriē Pli. li. 8.
dum. Cerui simul incedētes, grauati onere cornuū al- c. 32.
ter alterius supportant capita. Elephas cadens & per se Pli. lib. 8.
surgere non valens, ad mugitum eius alĳ accurrunt, c. 7.
& eum subleuant. Leo terribilissimum animal par- Pli. lib. 8.
uulis miseratus (nisi fames nimia cogat) parcit, & ab- ca. 16.
erranti-

Tit.Li.li. i. errantibus plerumq; viam monstrat. Sic vt lupa derelictos paruulos recenter natos alit, & ab alijs animalibus feris defendit, vt legimus de Romulo & Remo.
3.Re.17. Sic coruus detulit Heliæ indigenti tempore famis cibũ in torrente Carith Quanto magis homo rationis cõpos misericors in eos esse debuerit, quibus cum eiusdẽ est naturæ ab eisdem genitus parentibus, ab vno deo creatus & saluatus? ¶ Secundo, sanguine coniunctis primũ nos debere misericordiã cæteris paribus. Tobias eñ, etsi oẽs egerent captiui, præ cæteris tamen iuuit Gabelũ, qui de eius fuit tribu. Sic Apostolus inquit:
Gala. 6. Bonũ operemur ad oẽs maxime aũt ad domesticos fidei, Si quis suorũ & maxime domesticorũ curam nõ
1.Tim. 5. habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Est sane probanda liberalitas, vt tuis ipse subuenias, quibus pudori est, ab alijs sumptũ deposcere, aut alicui postulare subsidiũ necessitati. ¶ Tertio, misericordiã & liberalitatem nos debere oĩbus, & quidem maxime necessarijs nostris, & qui egent. Scriptũ enim est, Dispersit de-
Psal. 111 dit pauperibus, nõ dicit diuitibus, Et Paulus ait: Labo-
Ephe.4. ret manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatẽm patienti. Consideranda proinde est in largiendo paupertatis origo, vtpote consideranda est ætas atq; debilitas, nonnunq̃ etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt senibus plus largiamur, qui sibi labore iã non queunt victũ quærere. Similiter & debilitas corporis: tum si quis ex diuitijs cecidit in egestatẽ, & maxime si non vitio suo sed aut latrocinijs, aut ꝓscriptione, aut calumnijs, quæ habebat, amisit. Non est igitur, quod aliquis largiatur suis, vt ex eo ditiores fieri velint, quod ipse posset conferre inopibus, causa eñ præstat, non gratia. Neq; eñ propterea quis se domino

dicauit,

dicauit, vt suos faciat diuites, sed vt vitam sibi perpetuã
fructu boni operis acquirat, & pretio miserationis pec
cata redimat sua. Nec est, quod illum accusent amici, L. seruũ fi
quod se diuites nõ fecerint, quũ illi ipsum velint æter- lii. §. Eum qui. ff. de le
næ vitæ fraudare mercede. ¶ Quarto, vt nostris & gi. 1.
alijs tribuamus sine vsura recipienda. Siquidẽ Tobi-
as decem talenta dederit Gabelo sub chirographo. i.
sub conditione restituendi si possibilitas adforet: nec
debent amici ęgre ferre, si ab eis chirographa deposcã
tur, quandoquidẽ non solum fidei pignora, sed & gra-
titudinis sint & beneficentiæ memoralia, & obligato
ria, si forte (vt solet) vita defungerentur, quibus datũ
est mutuum, & indigerent qui dederunt mutuũ. Hinc
dñs mutuum date, nihil inde sperantes. Et scriptura, Lucæ. 6.
Fratri tuo, inquit, absq; vsura, id quo indiget, commo Deut. 23.
dabis, vt benedicat tibi dñs deus tuus in omni opere
tuo in terra, ad quã ingrederis possidendam. Et alibi
&c. ¶ Est autem vsura quicquid ex pacto vel inten
tione præcedente sorti accedit. Et cõmittitur in ijs re- c. consulu it de usuris
bus, in quibus consistit mutuum, quod in ijs consistit, 14. q. 3. c.
quæ sunt triplicis generis. In numero quædã consistũt, plerisq;.
vt pecunia, quædã in pondere, vt argentum & aurum,
quædã in mensura, vt triticũ & vinum. Et sane in ijs & L. 2. ff. Si
non alijs in rebus consistit mutuũ, quandoquidem in certũ pet.
mutuo transfertur dominiũ rei mutuatæ, vnde dicitur
mutuũ, quia de meo fiat tuum. Recipiens vero mutu- L. 1. Cum quid. L.
um nõ restituere tenetur, sub identitate eiusdem substã unum. ff. Si
tiæ, quia vt plurimũ ista quæ mutuant, consumuntur certum.
vsu, sed tenetur restituere tantundem sub certitudine
eiusdem valoris. Certitudo aũt valoris nõ potest habe
ri in alijs rebus non consistentibus in numero, ponde-
re, & mensura. Nam ferme impossibile esset inuenire

vnum equum omnino eiusdem valoris, cuius est alius equus: sed in pecunia & in alijs consistentibus in pondere & mensura, reperitur certitudo eiusdem valoris, in alijs rebus, eiusdem substantiæ. Vsuram vero vt graue peccatum constat prorsus prohiberi ¶ Primo iure diuino tam veteri q̃ nouo testamento. In veteri quidem testamento lex ait: Ne accipias à fratre tuo vsuram, nec plus q̃ dedisti. In nouo testamento: Mutuum date, nihil inde sperantes. ¶ Secundo iure humano scilicet pontificio, quo prorsus cauetur, ne quis vsuram exerceat siue Iudæus sit, siue Christianus.

Leui. 25. Lucæ. 6. Extra de usuris, 14. q. 3.

¶ Tertio iure naturæ & rationis, quæ vsuram minus permittit. Siquidem natura res quæ generat fructum semper crescat ĩ valore cum ipso fructu, atq; maior est, quũ est sub fructu, q̃ quum ipsa res permaneat sine fructu. Cum proinde vsura res habentes determinatum à natura vel arte, quæ in eo crescere nõ possunt, valorẽ, & sic fructificare nõ possunt, faciat excrescere in valore, sequitur, quod faciat rem non generantẽ fructum, parere lucrum, id quod est contra naturã & monstrosum: adeo, quod vsura est vitium quoddã contra naturam rerũ, quando pecunia germinat pecuniã, quæ tamen germinare nõ est apta, quum sit tantum in mensura rerum, & venditur vsus rerum, vbi non est.

L. ·. ff. de contra. em. c. eiiciens dist. 88.

¶ Nec est quod obijciunt vsurarij Primo licere vsurare, qm̃ lex admittat. Primo lex diuina, quæ ait: Fœnaberis gentibus multis &c. Responderim: Fœnerari inibi simpliciter accipi pro mutuari nõ ad vsuram, prout & Latini vsurpant. Et est sensus: Si seruaueritis mandata dei, vsq; adeo abundabitis, vt ipsi multis poteritis fœnerari, vos autem ab alijs non mutuabitis, quum futuri sitis diuites. ¶ Itemq; eadem lex ait: Non fœnera-

Deut. 15.

neraberis fratri tuo, sed alieno. Ecce prohibet solummodo fœnerari fratri, non etiam alieno. Responderim, tum fratrem inibi posse accipi pro quolibet proximo, & ratione originis, quæ vna est, scilicet a deo & ratione finis, qui vnus est, s. deus, & ratione parentis, qui vnus fuit. s. Adam, tum ea ipsa promissio fuit comparatiua, qua permittebatur minus malum, ne sequeretur maius, vtpote, ne si non fuisset Iudæis permissum fœnerari alienigenis, maiori crudelitate i. suos grassarentur, vt suæ cupiditati satisfacerent, qui interim à pœna temporali legis, non autem à pœna gehennali, nec à peccato mortali excusabuntur. Quod enim permittimus, nolentes præcipimus, quia alioqui malas hominum voluntates prohibere non possumus. Ita nimirum Iudæis quondam permittebatur dare libellum repudij, & repudiare vxorem ad repudiandum vxoricidium, quod maius fuisset malum. Id quod Christus euidenter expressit, inquiens: Quoniam Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Sic olim vsura permissa fuit Iudæis in alienigenas, ratione tamen subsistente, quoniam alienigenæ fuerint, quibus vt Cananæis dominus terras eorum concesserat, & ab illis licite recipiebant vsuras, non vt vsuras, sed vt recuperationem iuris sui. Sicut & nunc licite exciperentur vsuræ à Christianis ab eo, contra quē agitur iustū bellū, cū etiam liceret eū occidere. ¶ Itemq́ secundo leges humanæ, velut ciuiles, concedūt aliquas vsuras, præcipue: vt C. de vsuris L. eos. Responderim, leges ciuiles dari plerumq; populis, q̄ sunt ex maiori parte malæ vel imperfectæ, & intendūt pacificū cōuictū ciuiū ad inuicē. Vñ solū ꝓhibent expresse vitari, q̄ sunt magis pertur-

Deut. 25. Lucæ. 19. 31. q. 1. ha ratione. Deu. 24. Mat. 14. Mar. 10.

batiua ciuilitatis & quietis temporalis, puniendo trans
1 Cor. 6. gressores, & coercendo ab illis pœnas, vt adulteria, fur
ta, homicidia: alia permittunt nõ vt licita concedentes
Matt, 6. sed nõ vt alia vitia prædicta punientes, & hoc ne peio-
c. 5. q. 1. c. Sunt quidã ra contingant, sicut de scortis. Lex vero diuina prohi-
In Authẽ. bet om̃e peccatũ, ostendens puniri in diuino iudicio, q̃
ut sit deter et annullat leges humanas, quę concedunt peccata, ceu
minatus nu sunt, quæ permittunt vsuras simpliciter, quæ & sa-
merus cler. cros canones nõ dedignant imitari. Et si em̃ leges hu-
Apoc. 2. iusmodi ciuiles sint iustæ, quo ad ciuilitatẽ præsentis vi
tæ, non tamen quo ad ciuilitatẽ supernã adipiscendã.
c. nullus de ¶ Itemq́; & lex naturæ permittit, quæ vult neminem
reg. iu. cum damno alterius locupletari. Cum ergo dicit vsu-
rarius, seruiam proximo in mutuando, nonne & ratio
naturalis dictat, vt & ipse debeat seruire mihi, etsi cũ
magna pecunia, & si lucraretur ex C. mutuo X. nonne
decem recte mihi daret? Immo alias locupletabitur
ipse & cum meo damno, quia cum ipsa pecunia potu-
issem & ego lucrari. ¶ Respondeo, quemadmodũ ra
tio naturalis dictat, vt quis mutuet proximo indigen-
L. Sed etsi ti si potest, sed gratis sine spe lucri, ita & eadem ratio
lege. 1. Con dictat, vt sit gratus recipiens mutuum erga mutuantẽ,
suluit. ff. de vtpote in recognoscendo beneficium, & cum potest
pet hered. eum adiuuare, quando indiget, vel viceuersa remu-
tuando ei, vel alia obsequia, sed gratis, non ex pa-
ctione. Nam etsi ei teneatur ad antidota naturaliter
.i. ad recompensandũ beneficiũ, hoc est ex debito ho-
nestatis, non aũt necessitatis, s. quo posset cogi in iudi-
cio. Quod vero dictũ est, eum locupletari cum iactu-
ra alterius &c. ¶ Respondeo, eum qui recipit mutuũ
non locupletari cum damno dantis mutuum, sed lu-
cratur præcipue per industriã suam, quando pecunia
ex se

ex se nihil lucratur, vt patet tenendo eam in capsa. Insuper pecunia illa nõ est mutuantis, sed eius, qui accepit mutuum, quia in eum translatum est dominiũ, etsi perit vel perdit in negociando vel aliud agendo, perit periculo suo, nõ mutuantis. ¶ Nec idem sustinet damnũ, nisi quia cessat ex hoc sibi lucrum, sed idem damnum habuisset, si pecuniã in arca seruasset, quia ibi non fructificat. Etsi cum ea negociatus fuisset, amittere potuisset, sicut & lucrari, subſtabat enĩ periculo, vbi in mutuo nõ subſtat: verum si ex carentia pecuniæ mutuatæ passus fuisset damnũ, vtpote cum oportuisset, eum accipere ad vsuram vel vendere res suas minus iusto precio vel aliquo simili, tunc mutuans deberet ei satisfacere ex damno eisequuto propter mutuũ, etiamsi pactum non fecisset, de hoc secundũ conscientiã, non aũt de industria sua lucrũ factum tenetur cõmunicare, cessante damno. ¶ Secundo non obstat, quod vsus etiam apud ecclesiasticos approbet vsuras, vtpote q̃d passim de centum dentur quinq;. Respondeo, ea quinq; dari partim permissione cõparatiua propter duritiã diuitum, qui alioqui prorsus nihil mutuarent pauperibus, qui tandẽ vna cum suis om̃ino perirent, si nõ possent vel quouis modo mutuari, & maxime in hisce nouissimis temporibus, in quibus Christo vaticinante, abundat iniquitas, & refrigescit charitas multorũ, partim prætextu interesse, quod mutuans forte ex centũ, si habuisset & cum ijs negociatus fuisset, lucrari potuisset. Ideoq; ea quinq; nõ vt vsura, sed vt interesse persoluunt̃ à centum, q̃uis nesciam, possit ne salua esse mutuantis conscientia, quæ semper contrariũ habet verbum veritatis, dicens: Mutuũ date, nihil inde recipientes aut sperantes. plane liquet eos, qui gratis nõ mutu-

Mat. 24. Marc. 13. Lucæ 21.

Lucæ 6.

Iacobi 2. ant indigentibus, quum possunt, esse immisericordes & auaros, ideoq; misericordiā à deo non cōsequentur. ¶ Tertio non obstat, quod & dñs ac pater ille euangelicus seruum suū voluerit vsurare, dicens: Oportuit ergo te committere pecuniā meā nummularijs, & veniens ego recepissem vtiq; quod meū est cum vsura. Respondeṙim: Eum patremfamilias in mysterio esse Christum, & pecuniā esse donum gratiæ siue in docendo, siue benefaciendo: vsuram vero, profectū esse, quē quis facit dono, quod ei à deo datum est, quē .s. profectum ab vnoquoq; Christus requirit: vtpote qui propterea alicui donū alicuius gratiæ dedit, vt nō modo sibi, sed & alijs ad gloriā dei multipliciter proficiat: & sic totus sermo est metaphoricus, & mysticus, nequaq̄ faciens pro vsurario, qm̄ eo modo vsurans, non de suo, sed de dñi pecunia, & non tam sibi q̄ alijs vsurat & proficit, quemadmodū scriptū est, Fœneratur dño, qui miseretur pauperis, & vicissitudinē reddet ei. Et iterū: Qui facit misericordiā, fœneratur proximo suo &c. Et ita nimirum paterfamilias vult, vt quicquid habemus, eo ita vtamur, vt inde gloria dei accipiat vsuram .i. multiplicem fructum, cuius gratia, quicquid habemus, datū est nobis. ¶ Non est ergo, quod vsurarij excusent excusationes in peccatis, quum vsuræ sint contra iura tam diuina q̄ humana. Immo & contra ius naturę, quū & vsurarij sint perniciosissimi reip. quū semper rodāt & consumant ossa pauperū, nec quiescunt vnq̄, cū cætera vitia cum senescente senescunt, sola auaritia, cuius species est primaria vsura, iuuenescit, se corrodens & alios, nunq̄ vel raro pœnitens, & in fine desperās, quū quod rapuit nō restituit, nec restituere volens, ad hæredes vel sola transiens, qui, quod pater ex vsura obtinuit, resti-

Marginal references: Mat. 25. Lucæ 19. Prou. 9. Eccl. 29. Psal. 140 Eccls. 5. Eccle. 10 Lucæ 19.

&, restituere obligant. ¶ Quinimo si vsuræ admittã tur, facile om̃es hoĩes relicta agricultura & alijs merci monijs, intenderent vsuris, cum sit lucrũ valde tutũ, vn de facile eueniret caristia & rerũ penuria. Nam pauperes ex defectu pecuniæ nõ possent intendere agricul turæ, nec artificijs, nec reperirent pecunias sine vsuris, ac ita pleriq; om̃es efficerent inopes exceptis vsurarijs qui ditescerent cũ damno alior. Vnde videmus plerumq; ibi paupertate laborare multos, vbi sunt vel Iudæi vel Christiani fœnerantes. ¶ Adde & vsurarios occasionẽ plerisq; dare ad luxuriã & pompã, & otium & furtũ, vnde subsequitur bonorum pernicies & versura. 47. dist. c. Sicut u.

¶ Insuper vsuræ ansam præbent ad idololatriã, quod vsurarij nummũ vt deum venerant. Inde Apostolus Ephe. 5.

auaritiam vocat idolorum seruitutẽ. ¶ Præterea vsuræ sunt prorsus contra charitatẽ & pietatem, qua pleriq; omnes vnus alteri subuenire in necessitatibus obligamur, Christo dicente: Mutuum date, nihil inde sperantes, & peccat mortaliter, qui sine lucro non vult Lucæ 6.

mutuare ei, qui necessitatem patitur: siquidem quod is proximum non vt seipsum amet, vt ex præcepto Mat. 22.

diuino tenetur. ¶ Ad quod Tobias considerans, Mar. 12.

mutuum dedit Gabelo gratis, sub chirographo, quod Lucæ 10.

& ipsi faciemus, nihil lucri ab homine, sed à deo sperantes, qui se pro mutuo à nobis recipiente in Matt. 10.

centuplum hic obligat, & alibi in vitam æternam. Matt. 19.

En quanta vsura, Nonne maior omni pecunia? Nunquid non æterna temporalibus præstant? An non vis omnipotentem tibi obligari ad restitutionẽ? an quenq̃ opulẽtum ciuium si fideiubeat, acceptas, deum aũt pro pauperibus fideiubentẽ repudias? Absit. Demus igit

gratis mutuũ, quando alioqui apud nos pecunia detenta nihil prosit sed sollicitat, quæ mutuo data nõ deperditur, sed sine nostra intentione fructũ adfert. De execranda vero sacerdotum vsura, quæ Symonia dicitur, suo loco dicemus, quæ vt apud multos nunc est

Miche. 3 trita, ita omnium damnatissima.

Iohan, 2.

Periodus VIII.

Post multũ uero temporis, mortuo Salmanasar rege, cum regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo, Tobias quotidie pergebat per omnem cognationẽ suam, & consolabatur eos, diuidebatq; unicuiq; prout poterat de facultatibus suis. Esurientes alebat, nudisq; uestimenta præbebat, & mortuis atq; occisis sepulturam sollicitus exhibebat.

¶ Quoniã scriptura cõmendat Tobiam, quia Gabelo egenti, qui ex eius fuit tribu, pondus argenti citra vsuram mutuatus sit, contentus .s. illius chirographo, quo ille debitũ confessus promisit se redditurũ vbi facultas reddendi foret. Hinc materiã vsuræ pro loco & tempore tractandã suscepimus, ac inter alia diximus vsurarios siue Christianos siue Iudæos, omnia contra deum & proximũ peccare, q̃m quiq; om̃es obligemur

Lucæ 6. ex Euangelio mutuũ dare, & nihil inde sperare: proinde istos nisi pœnituerint, plane damnatum iri vereor post mortẽ, qui & viuentes reipub. perniciosissimi fuere, ideoq; nequaq̃ a superioritate ferendos. Constare

enim

enim vno vel altero vſurario diuite facto, infinitos interim fieri paupertati obnoxios, quēadmodū vſu experimur in Iudæis, qui cauſa ſunt Chriſtianis, & in paupertatem vergant nec profuturæ ſunt, quas magiſtratibus expendunt, pecuniæ, qm̄ eas à Chriſtianis ſubditis inique corraſerunt, & adeo, vt minus habent Chriſtiani, qui nihilominus interim, quod debent, magiſtratibus perſoluere compelluntur. Satius igitur foret reip. vt plures eſſent Chriſtiani diuites q̄ Iudæi, Chriſtianorum infenſiſſimi hoſtes, quibus cum nec bono nec ſalutariter viuitur, quorū domeſtici & familiaris conuictus Chriſtianis eſt interdictus ob nō vulgares cauſas, quas ſuo tempore, deo volente, reddituri ſumus.

c. ad hæc extra de Iudæis. c. In multis de Iudeis.

¶ Iam vero ſuffecerit ſcire, eos oēs dici vſurarios, ſaltem occultos & coram deo, qui vltra ſortem aliquid cum pactione & intentione recipiunt: quo nimirū pacto vſurarij quoq; ſunt, qui propter temporis dilationem rem pluris vendunt q̄ valeat, immo omnes qui pluris rem vendunt q̄ conſcientia teſte valeat, labore tamen & intereſſe ad conſcientiā computato: quēadmodum vſu euenit cum monopolis & propolis, quibus nunc nihil in rep. pernicioſius, vt qui oēm cariſtiā pene inuehunt: in quos magiſtratus diligenter attendere debuerint, atq; ſi minus recte agerent, animaduertere, quum alioqui oēs monopolijs ſtudere vellent, ac ſuis priuatis cōmodis cum damno totius reip. inhiare, id quod minus iuſtū foret. Illorū ſimillimi ſunt Symoniaci ſed longe peiores & nunc frequentiores, qui ſacra vendunt & emunt atq; licitantur, vnde fit, vt in pleriſq; locis pene oēs eccleſiæ propter pecuniā idoneorum virorū deperire incipiant, quando nulla, vt debet, in præficiendis prælatis, quos dicunt, nec virtutis

nec probitatis neq; scientię habeatur ratio, sed qui plus valent vel potentia vel pecunia acceptantur, nihil deinde rei ecclesiasticæ, sed sui commodi studiosi, qui & ideo nihil minus sunt q̃ sacerdotes & prælati, verū de quibus alibi cōmodius disputaturi sumus, modo hortantes, vt simus Tobiæ imitatores, indigentibus mutuemus, nihil inde, nisi à deo mercedem spetantes: qui vt in viuentes, ita quoq; in mortuos extitit pius & misericors, iuxta scripturā, dicentem: Post multum vero temporis &c. Ex quo quidem contextu colligimus

¶ Primo vnumquemq; oportere esse misericordem in pauperes, iuxta facultates suas, ita vt quisq; eatenus det, quatenus ipse cum suis non egeat. Non eñ inquit
2.Cor.8. Apostolus, vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio: vestra abundantia illorum inopiā suppleat, Quasi diceret, sic dandum est, vt non egestatem præstet donantibus, sed ex æquitate in hoc tempore. i. vt q̃tum habet,
Mat. 22. ad tempus diuidat cum pauperibus. Ipse quidem non
Mar.12. plus exigit q̃ sibi debet retinere, quia diliges inquit, pro
Lucæ 19. ximum tuum sicut te ipsum. Vnde Zachæus: Ecce dimidium, ait, bonorum meoꝝ do pauperibus. ¶ At interim dans pauperibus nequaq̃ vereatur, sibi propterea euenire inopiam sed hilariter det, quum hilarē datorem diligit deus: qui & Paulo teste, potens est,
2.Cor.9. omnē gratiam abundare facere, & in omnibus semper omnem sufficientiam habere. Siquidem in protrito sit adagio: Eleemosynam non facere paupertatem, quum oculo liberali benedicatur. Qui eñ, ait scriptura, pronus est ad misericordiam, benedicetur, de panibus enim suis dedit pauperi. Hinc multos vidimus,
Pro. 22. quò plura nomine dei contulere, eo plura habere cœpere: quorum ex numero fuit Iob innocens, Tobias,
Iob.42. vt pro-

vt procedente tempore latius audiemus, qui vnicuiq; de facultatibus suis prout potuit, largitus est. ¶ Secũdo, opus esse pietatis & misericordiæ, mortuos sepelire, quemadmodũ in eos pius fuit Tobias. Vñ scriptura: Secundũ iudiciũ, inquit, contege corpus illius. s. mortui, & nõ despicias sepulturã illius. Quanq̃ eñ sepultura mortuo nil conferat quoad sensum, quę post vitã corpus non habet, pertinet tamen ad defunctũ, quid de eius corpore agatur, in quantum viuit in memorijs hoĩm, cuius honor detestatur, si careat sepultura. Hinc dominus de ijs qui idololatræ facti fuerant, ait: Mortibus ægrotationũ morientur: Non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt. Et gladio & fame consumentur, & erit cadauer eorum in escam volatilibus cæli, & bestijs terræ. Et sane nedum sepultura, sed & locus sepulturæ pertinet ad memoriam defuncti vel bonã vel malam. Plurimum eñ interest, an quispiam loco sit sacro vel prophano sepultus: quanquam si obiter sepultura contigerit in loco sine despectu ecclesiæ prophano, nihil animę saluti incõmodet, quũ nec aliàs saluti vel noceat vel ꝓsit ipsa sepultura: in qua tamẽ more cõmuni vertitur defuncti honor & dedecus, quod ex fraterna charitate vitare, illũ vero quærere debemus. Et hoc est, quod viri sanctissimi nedum sepulti, sed & in suis locis tanquã ex pia lege fuerint sepulti, quorum plerique cum adhuc vixerunt, ità sepeliri desiderarunt. Sic Iacob patriarcha moriturus, ad filios suos aiebat: Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Ethæi contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Ethæo in possessionem sepulchri. Ibi sepelierunt eum & Saram

Eccl. 38.
Gene. 23.
Hiere. 16
Gen. 49.
Gene. 23.

ram vxorem eius. Ibi est sepultus Isaac cum Rebecca
Gen. 47 coniuge sua, Ibi & Lia condita iacet. Id quod ipse Iacob antea precatus fuerat à Ioseph, dicens: Si inueni
Iosue. 24 gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub fœmore meo, & facies mihi misericordiā & veritatem vt non sepelias me in Aegypto, sed dormiā cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq; in sepulchro maiorum meorum. Sic quoq; filij Israel ossa Ioseph ex Aegypto reportantes, sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Iacob à filijs Emor patris Sichē. Sic alibi cum prophetes quidam cadauer viri dei, quē permissione diuina leo lacerauerat, religiose sepelijsset, ad suos deinde filios dixit: Cum mortuus fuero, sepeli-
3. Re. 13. te me in sepulchro, in quo vir dei sepultus est: iuxta ossa
Mat. 14. eius ponite ossa mea. Sic trucidato in carcere Ioanne
Marci. 6. Baptista, venerunt discipuli eius, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento. Ex his igitur, hocq; genus alijs omnino constat esse religiosis, pietatis & misericordiæ, nedum publicæ vtilitatis sepeliri mortuos, quod & Ethnici quoq; natura duce crediderunt, & obseruarunt, qui & in eum, qui mortuos quoq; mō sepeliri prohibet, actionē iniuriarū dandā censuere; quoniā contumelia fiat mortuis, si vel prorsus vel nō in suis debitis sepulchris sepeliri nō possint. Quid nūc blaterant hæretici impuri & indocti, qui (vt omia naso suspendunt) etiam (vt exprobrant ecclesiæ) sepulturas derident, adlegantes hoc poëtæ: Facilis iactura sepulchri. ¶ En q̄ belli euangelici, qui quod contendunt ex Ethnico contra euangeliū approbant, qui nihil iampridē recipiendum iurarunt præter quod clare sit in euangelio expressum, quū hic recipiant nō modo quod non sit in euangelio expressum, sed quod eidem

L. Si quis in princi. pio. 4. §. Sed interdum, ff. de religiosis.

ex dia-

ex diametro repugnet.Fateamur sane sepulturæ,si obi
ter non eueniat,vel vt oportet obiter nō peragatur, fa
cilem esse iacturam,interesse tamen defuncti, vt sepe-
liatur vel non. ¶ Accedit, quod leuissimi etiam isti
homunciones,nihil prorsus neq; quo ad memoriā re-
ferre, an quis loco sepeliatur sacro vel prophano , se
quidē eque velle sepeliri sub patibulo atq; in cœmite
rio.Atqui alienissimi,vt in omībus, à Christo,qui pro- Mat.27.
fecto nō in loco Caluariæ simpliciter,sed more Iudæo Marc.15.
rum certis ceremonijs in nouo monumento, quod ex Lucæ.23
petra erat excisum,in horto sepeliri voluit, vt & suæ Iohan.19
memoriæ vel apud posteros rationē haberet. Cæteru
nebulones isti,vt inhoneste vixerunt,nec verū hono-
rem viuentes amarunt,ita nec eundē post mortem cu
rant, quo nec digni sunt. Ideoq; patibulo q̄ cœmite-
rio digniores,qui & merito carent ecclesiastica sepul- 24.q.2.c.
tura,quū de illis sint,quibus illa interdicitur,veluti ha- Sane profe runtur.
bentur,publici latrones & fures, in adulterio occisi, in
torneamento occisi,raptores,hæretici,seipsos interfici
entes,publici vsurarij,contemnentes confiteri & com-
municare,& si qui sunt alij,quos iura pontificia recen-
sent. ¶ Ideoq; pij hoīes imitentur pijssimū Tobiā,
defunctos sepeliant,illoru,si fieri potest cōmode, sepul
turis adsint,meminerint pietatis idipsum esse summæ,
atq; misericordiæ: quū & illud pertineat ad effectū,quē
illi adhuc viuentes habuerunt de corporibus suis, cui
debet conformari affectus piorum post mortē. Sane
quæ viuentibus dantur,aliquando sunt gratiæ, inter-
dum formidinis,aliquando assentationis & alieni stu-
dij.Quæ vero defunctis tribuuntur, mera pietas est,
merus amor,& anteactæ vitæ testimoniū, in quo nō
spectatur, quid velit is,cui honos exhibetur, sed quid

meritus

meritus sit, vt suo loco forte cōmodius dicturi sumus. Quàm vero gratū habeat deus nostram in sepeliendis
Tobię 12 mortuis pietatem vel inde liquet, quod cum Tobias se pelijt mortuos, ipse angelus ad deū eius orōnē obtulit.

Periodus IX.

Deniq; cum reuersus esset rex Sennacherib, fugiens à Iudæa pro plaga, quā circa eū fecerat deus, propter blasphemiā suam, & iratus multos occideret ex filijs Israel, Tobias sepeliebat corpora eorū. At ubi nunciatum est regi, iussit eū occidi, & tulit omnē substantiā eius. Tobias uero cū filio suo, & cum uxore fugiēs nudus, latuit, quia multi diligebant eū. Post dies uero quadraginta quinq;, occiderūt regē filij ipsius. Et reuersus est Tobias in domum suā, omnisq; facultas eius restituta est ei.

¶ Nunc int' alia recenset scriptura ¶ Primo causam, qua percitus Sennacherib, persequut' fuerit filios Israel, eamq; fuisse dicit plagā, q̄ deus Max. illū visitarat ,ꝓpter ipsius blasphemiā, veluti in regnoꝝ lib. tradit, vbi
4.Re.18 & 19. scriptū est: q̄d quū is multipliciter esset inuasurus filios Israel, tandē ex sedulis illoꝝ ꝓcib. deus ad misericordiā motus, angelū ꝓ ipsis aduersum hostes misit, q nocte vna in castris Assyrioꝝ centū octogintaquinq; millia trucidauit. Id q̄d expert' rex Sennacherib in diluculo surgens, & vidēs, abijt, reuersus in Niniue, vbi quū adoraret in templo Nesrach deū suū, à filijs suis Adramelech & Sarasar gladio est occisus: præmittitq; scriptura illum

illũ meruiſſe tantã plagã ex ſua blaſphemia, quũ filijs
Iſrael deũ viuentẽ ita exprobrauerat, q̃ſi contra ſe pro
filijs Iſrael nihil poſſet, quũ nulli hactenꝰ ſibi reſiſtere
populi potuiſſent. Vñ docemur ¶ Primo neminẽ poſ
ſe deo vel tantillũ reſiſtere, ſed ipſum quidẽ nutu ſaltẽ
ſuperbiſſimis reſiſtere, & eos perdere poſſe. Siquidem
nõ ſit (ſcriptu. teſte) ſapiẽtia, nõ ſit prudentia, nõ ſit cõ Prou. 21.
ſiliũ contra dominum, & equus paretur ad diem belli,
dñs aũt tribuat ſalutẽ, de ſe alibi dicẽs: Ego ſum deus, Eſaiç 46
& nõ eſt vltra deus, nec eſt ſimilis mei, conſiliũ meum
ſtabit, & oĩs mea volũtas fiet. Qui ſane hanc ſuã ineffa Rom. 9.
bilem potentiã in multis & maxime in Pharaone oſtẽ
dit, ad eum dicens: In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendã
in te virtutẽ meã, & annũcietur nomẽ meũ in vniuerſa
terra. Et aliàs ad Babylonẽ: Vltionẽ capiã, inq̃t, & nõ Eſai. 47.
reſiſtet mihi hõ. Hinc recte ad illũ ꝓpheta: In deo ſpe- Rom. 8.
raui, nõ timebo q̃d faciat mihi hõ. Et Paulus: Si deus ꝓ Pſal. 55.
nobis, quis cõtra nos? Caueamꝰ igit̃ quoq̃ mõ diuinæ
volũtati reſiſtamꝰ fruſtra, q̃ alioqui ſimus audituri do-
minũ ad vnũquẽq; nr̃m, vt olim ad Paulũ, dicentẽ: Du Actuũ 9.
rum eſt tibi cõtra ſtimulũ calcitrare. ¶ Inſuper mone
mur nullũ vnq̃ tyrannũ diu in ſua tyrãnide lętatũ fuiſ
ſe, ſed pleroſq; oẽs tyrãnos demũ punitos & miſere ac
ignominioſe, etſi tardius, perijſſe, vt inter multos patet
de Pharaone, Sennacherib, Nabuchodonozor, Antio-
cho, Olopherno, hocq; genꝰ alijs. Lento eñ gradu ad Vale. li. i.
vindictã ſui diuina ꝓcedit ira, ſed tarditatẽ ſupplicij gra de neg.
uitate cõpenſat. Multi ſane, ait ſcriptura, tyrãnni ſede- rel.
runt in throno, & multi potentes oppreſſi ſunt valide,
& glorioſi traditi ſunt in manus alterorũ. Hinc Dauid: Eccle. 11.
Vidi, inquit, impium ſuperexaltatum, & eleuatũ ſicut Pſal. 36.
cedros Libani. Et tranſiui, & ecce nõ erat, & quæſiui
eum,

eum,& non est inuentus locus eius. ¶ Secundo argu it scriptura illud nequaq̃ amitti,quod dei noie propter q̃ iustitiam relinquitur,sed vel tantum , q̃tum relictū est,vel plus deniq; restitui,Christo dicente: Amen dico
Mat.19. vobis,nemo est,qui reliquerit domū aut fratres,aut so
Mar. 10. rores,aut patrē,aut matrē,aut filios, aut agros, propt
Lucæ.18. me aut propter euangeliū,qui nō accipiet centies tantum nunc in tempore hoc,& in seculo futuro vitam
Iob vlti. æternam.Sic deus Opt.patientiss.Iobo omia quæ amiserat duplicia reddidit,ac eius nouissimis magis q̃ principio benedixit.Sic Tobiæ quoq; restituit omia ablata per tyranniū Sennacherib:eiusq; plerosq; omnes ita amantes fecit,vt illū ab furore tyranni occultauerint.

Secundi capitis Periodus I.

POst hæc uero cum esset dies festus dñi, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ,dicit filio suo: Vade & adduc aliquos de tribu nostra,timentes deum,ut epulentur nobiscum.

¶ In primo Tobiæ capite inter cæteras eiusdē virtutes scriptura nobis in exemplū nō obscure nec irreligiose sub oculos posuit illius in deū pietatem & religionem,& in religione constantiā: atq; interim nō modo in suos,sed & quoscunq; indigentes misericordiam, vt qui vna cum suis coram deo & hominibus iuste sategit viuere,à nullo prorsus opere pietatis ac misericordiæ alienus.Iam vero in præsenti capite scriptura à primo nequaq̃ aliena de Tobia recenset,vtpote commemorans generatim,quod ille nihil prius misericordiæ operi-

operibus habuerit, tamq́; in rebus aduersis patiens ac constans fuerit, vt vere, quemadmodũ & Iob ille sanctus, patientiæ constantiæq́; speculũ dici queat. Atque primo quidem de sancta eiusdem operatione narrat, qm̃ prandio suo hoĩes deum timentes adhibuerit, dicens: Post hæc scilicet transacta & dicta, quum esset dies festus &c. Ex quibus sane verbis accipimus ¶ Primo, licere in diebus festis in eorum reuerentiã lautius & melius viuere q̃ alijs diebus, semota tamen gula & superfluitate, quod hic per voculã bonũ, recte intelligimus. Siquidẽ bonum fuerit prandiũ, certe absuit oĩs gula & superfluitas, & quicquid hoc genus est peccati: quo prandiũ vere malum reddi solet, quale fuit eius diuitis epulonis, qui quotidie epulabatur splendide. Lucæ 16.

¶ Cuius hodie simillimi sunt, qui in conuiuijs suis nõ videntur edere ac bibere, vt saturentur, sed vt voluptuentur: omnẽ inibi bibendo & edendo luxuriam exquirentes, seq́; vino plusq̃ ingurgitantes, quasi ad perdenda vina nati sint: quorũ plures crapula q̃ morbo intereunt, alibi proculdubio cum epulone diuite, hoc acerbius excruciandi, quo hic voluptuosius crapulati sunt. Et hoc est quod scriptura ait: Noli auidus esse in omni epulatione, & nõ te effundas super omnẽ escam. Eccl. 37. In multis em̃ escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad choleram. Propter crapulã multi obierunt: qui autem abstinens est, adijciet vitam. Quod autem festis diebus lautius sit q̃ in cæteris epulandum, testatur scriptura, in hæc verba loquens: Ite comedite pinguia, & bibite mulsum: & mittite partes eis, qui nõ præparauerunt sibi: quia sanctus dies dñi est. Neemi. 8 Id quod & Christum seruasse conijcimus ex eo, quod Ioannes de Iuda Ischariote scribit, inquiens: Quidã em̃ putabãt Ioan. 13.

quia loculos habebat Iudas, q̃d dixiſſet ei Ieſus: Eme
Iob 1. ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtũ. ¶ Secũdo, præ
cipue eſſe ad prandiũ noſtrũ inuitandos, qui ſunt de tri
bu noſtra. Sic filij Iob in cõuiuijs mutuis vna cũ ſorori
bus cõueniebant, viciſſimq; ſe inuitabant: quandoqui-
Gala. 6. dem Apoſtolus inprimis voluerit nos benefacere do-
1. Tim. 5. meſticis fidei. Si quis em̃, inquit alio in loco, ſuorũ & ma
xime domeſticorũ, curam nõ habet, fidem negauit, &
eſt infideli deterior. Sed quid inquis, p̃hibet Chriſtus,
ne cõuiuantes, inuitemus amicos noſtros? dicens: Cũ
Lucæ 14 facis prandiũ aut cœnã, noli vocare amicos tuos, neq;
fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos &c. Reſpon-
derim, Chriſtũ nõ quaſi ſcelus prohibere, ne inuitemus
cognatos noſtros &c. ſed eos nõ ideo inuitare nos de-
bere, quod remuneratiõẽ ab eis ſimus recepturi, quo
modo noſtra conuiuia ſicut cætera neceſſitatis huma
næ cõmercia ad promerenda vitæ cæleſtis præmia nil
valere oſtendit. Iam vero conſtat Tobiã om̃ino fuiſſe
euangelicũ, qui eos de tribu ſua (vt in primo capite di-
ctum eſt) inuitauit, qui eguerunt, nec vtiq; voluptatis
carnalis aut luxuriæ cõmeſſatiõiſue gratia, q̃d inde ſub
indicat, quũ ait: Timẽtes deũ, vnde colligimus ¶ Ter
tio eſſe eos à nobis ad prandiũ inuitãdos, qui timẽt de-
um: cuiuſmõi ſunt, qui ſemp cauent ne vel loquendo,
Iob 1. vel faciendo, deũ offendãt. Qualis fuit Iob, vir ſimplex
& rectus, & recedẽs à malo: qui in oĩbus ſuis neq; p̃ſpe
ris neq; aduerſis quid ſtulti cõtra deũ loquutus eſt: q
p̃pterea filios ſuos quũ ex cõuiuijs abirẽt ſanctificauit
& p̃ eis holocauſta deo dedit ad placandũ illũ, forte læ
ſum vana lætitia & voluptate à filijs ſuis cõuiuantib⁹,
vti aliq̃ties fieri adſolet. Nõ ſunt ergo inuitãdi, q deum
nõ timẽt, ceu ſunt bibaces, detractores, blaſphemato-
res, atq; hoc gen⁹ alij, quib. nr̃o tẽpore (proh dolor) no
ſtra

ſtra abundãt cõuiuia,in quib. adeſſe nolum⁹ niſi bibulos,q̃s & cogim⁹ adeo ad bibendũ,vt beſtijs fiãt plerũq; ſimiliores, quũ vtiq; beſtiæ plus nũq̃ q̃ natura ſitis ꝓuocat bibũt nos aũt bibim⁹,vt medij poſſemus crepere:veluti cũ nõnullis aliqñ actũ audim⁹.Deberẽt autem ſuperiores eiuſmõi abuſum plusq̃ execrabilẽ, pœna etiã capitis ꝓhibere,ſequi Aſſuerũ illũ,regẽ lõge potentiſſimũ & nobiliſſimũ, in cuius cõuiuio nemo erat, q coẽgiſſet nolentes ad bibendũ,vtpote, q̃d rex idipm ſtatuto in dixerat,ꝑponens mẽſis ſingulos de principibus ſuis,vt ſumeret vnuſquiſq; q̃d vellet.Nõ erat rex ille bon⁹ neſcius, q̃ mala & ꝑniciosa res eſſet ebrietas, & maxime coacta,vtpote,q̃d iñ ꝓueniret blaſphemia, luxuria,libido,detractio,ꝑditio, homicidiũ, & famæ, deniq; ac intellect⁹ & corporis & aïæ, adeoq; bonorũ tpaliũ ꝑditio,oïsq; demũ lerna oïm maloꝝ. Hinc ſcriptura:Diligẽtes ĩ vino noli ꝓuocare,multos re exterminauit vinũ.Vinũ in iocunditatẽ eſt creatũ, & nõ in ebrietatẽ ab initio. Vinũ multũ potatũ irritationẽ & iram & ruinas multas facit. Ebrietatiſq; aïoſitas minorat virtutẽ,& facit vulnera. Et ſane ebrietas ẽ oïm vitioꝝ fomes & origo, quæ nihil moderabile ſuadet. Quãta vero & q̃t ex ebrietate veniãt mala, nedũ ſancti autores ꝓdiderũt,ſed & ꝓphani,q̃rũ Plin.nõ minimus eſt.Recte igĩ facturi ſunt primores,ſi edicto eiuſ mõi illicitas bibitiões inhibeãt,maxime hoc tpe nouiſ ſimo,in q̃ dies illa nouiſſima indies pene ſuos ꝑmittit antambulones. Hĩc ad nos dñs: Attẽdite aũt vobis, ne forte grauenĩ corda vr̃a ĩ crapula & ebrietate & curis huius vitę,& ſupueniat ĩ vos repẽtina dies illa. Agẽtes itaq; cõuiuia,vocem⁹,q timẽt deũ,q̃les ſũt,quꝝ locutio & cõuerſatio eſt de deo,quiq; ſp cauẽt, ne q̃q̃ mõ deũ lędãt,interim cõuiuæ nõ negligẽtes q̃ diuinaꝝ ſunt rerũ.

Heſter 1.

Eccle.31.

Plinius libro 14.c. 22.

Lucæ.21.

Secundi capitis Periodus II.

Cumq́ abijsset, reuersus nunciauit ei, unum ex filijs Israel iugulatũ iacere in platea. Statimq́ exiliens de accubitu suo, relinquens prandiũ, ieiunus peruenit ad corpus, tollensq́ illud, portauit ad domũ suam occulte, ut dum sol occubuisset, caute sepeliret eum. Cumq́ occultasset corpus, manducauit panẽ cum luctu & tremore, memorans illum sermonẽ, quem dixit dñs per Amos prophetam; Dies festi uestri conuertentur in lamentationẽ & luctum. Cum uero sol occubuisset, abijt, & sepeliuit eum. Arguebant autẽ eum omnes proximi eius, dicentes; Iam huius rei causa interfici iussus es, & uix effugisti mortis imperiũ, & iterum sepelis mortuos. Sed Tobias plus timens deũ q̃ regem, rapiebat corpora occisorũ, & occultabat in domo sua, & medijs noctibus sepeliebat ea.

¶ Eximius pietatis feruor Tobiæ hac in parte describitur, q̃d is ne pietatis opus erga defunctos negligeret, atq; simul regis offensam euaderet, mortuorũ cadauera inter noctu sepelijt, ac interim lugens ita, vt de diebus festis quod prædixit Amos, recte eo tempore impletum esse credi possit. In quo propheta in hæc verba vaticinatus est: Et conuertam festiuitates vestras in luctum

Amos 8

luctum,& om̄ia cantica vestra in planctū. Hinc scriptu
ra hic ait: Cumq́ abijsset &c. vnde colligimus ¶ Pri-
mo quæ olim per viros sanctos spiritu sancto actos
vel dicta vel scripta sunt, ad nos nostraq́ tempora om̄i
no posse referri, vt inde pro loco & tempore vel eru-
diamur vel corripiamur: proinde illa à nobis nequaq̄
vt vana aut ad nos nihil attinentia, esse contemnenda.
Hinc Apostolus quæcunq;, inquit, scripta sunt, ad no- Ro.15.
stram doctrinā scripta sunt. Scripta aūt sunt ad corre- 1.Cor.10
ptionem nostram, in quos fines seculorꝫ deuenerunt, Lucæ 16.
Ideoq; dn̄s alibi ad diuitem in inferno epulonem: Ha-
bent Mosen, inquit, & prophetas, audiant illos. Sic hac Mat.24.
in parte prophetiā Amos in se atq; suū tempus retulit Marc.13.
Tobias. Sic q̄q; quod dn̄s de nouissimo tempore paſ- Lucæ 21.
sim prædixit, merito posset nunc referri ad nostra tem
pora, in quibus quæ fiunt, plane cum dn̄i dictis conso-
nant, ideoq; om̄ibus philosophorꝫ iudicijs certiora: cæ
lum em̄ & terra transibunt, dn̄i aūt verba minime.
¶ Secundo, Nullā esse tam consummatā lætitiam, quā
non aliquando interrumpat mœror & luctus: proinde
semper ob oculos nostros dei timorē obuersari debe-
re. Quare scriptura dicit: Risus dolore miscebitur: & Prou.14.
extrema gaudij luctus occupat. Id quod quotidiana
rerum experientia didicimus. ¶ Tertio, dei præceptū
plus apud nos q̄ hoīm quæ si deo contraria sunt ædi-
cta valere debere, nec quod deus præcepit omitten-
dum esse hoīm terrore, Petro & alijs apostolis dicenti Actuū 5.
bus: obedire oportet deo magis q̄ hoībus. Sic Christ⁹
alibi ait: Nolite timere eos qui occidūt corpus, animā Matt.10.
aūt non possunt occidere: sed potius timete eum, qui
potest & animā & corpus perdere in gehennā. Id q̄d
quasi suo tempore dictū Tobias obseruauit. ¶ Quar

to ita tamen nos dei præcepto obedire debere, vt interim spernendo constitutiones humanas, deo contrarias, nec temeritate, nec contemptu detur homini, ſ ſuperiori ad indignationē vel tyrannidē vel hoc genus malũ anſa, ſed cum modeſtia om̃ia agãtur, veluti Chriſtus coram Pilato, Herode, Caipha & Anna: atq; vt
Act. 23. 24. 25. 26. Paulus coram Agrippa, Felice, Feſto fecit: quemadmodum loco ſuo latius contra hæreticos noſtræ tempeſtatis docuim⁹. Sic Tobias, vt claret ex contextu, fecit.

Periodus III.

Contigit autem, ut quadã die fatigatus a ſepultura ueniens domum, iactaſſet ſe iuxta parietem & obdormiſſet, & ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos eius, fieretq; cæcus. Hanc autem tentationē ideo permiſit dñs euenire illi, ut poſteris daretur exemplũ patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Nam quũ ab infantia ſua ſemper deum timuerit, & mandata eius cuſtodierit, non eſt contriſtatus contra deum, quod plaga cæcitatis euenerit ei, ſed immobilis in dei timore permanſit, gratias agens deo omnibus diebus uitæ ſuæ. Nam ſicut beato Iob inſultabant reges, ita parentes & cognati eius irridebãt uitam eius dicentes: Vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Tobias uero increpa-

**crepabat eos,dicens: Nolite ita loqui, quoni
am filij ſanctorũ ſumus,& uitam illã expe-
ctamus,quam deus daturus eſt ijs, qui fidẽ
ſuam nunquam mutant ab eo.**

¶ Duobus iam paulo ſupra periodis plane (vt arbi
tror) audiuimus,quõ Tobias ipſe ſenior, vir iuſtus, mi
ſericors,hoſpitalis,adeoq; pius,tam in viuẽtes q̃ mor-
tuos fuerit,quiq; ob virtutes,quib. prçditus fuerat,ſub
ierit ærũnas captiuitatis,ac eandẽ tulerit humiliter ac
patienter,cõmunẽ vtpote magis iniuriã q̃ priuatã do-
lẽs,quiq; interdicto,ne ſepeliret mortuos, nõ reuocat'
magis q̃ incitatus ſit,ne deſerere officiũ pietatis mor-
tis metu videret:vt cui miſericordiæ pretiũ mortis pœ
na eſſet:haud ea in re diſſimilis apl'orũ, qui irriſi & cæſi Actu.5.
abierunt gaudẽtes à conſpectu concilij, qm̃ digni habi
ti eſſent ꝑ noĩe Ieſu cõtumeliã pati. Hinc & aliàs dixit
Paulus: Mihi viuere Chriſt' eſt, & mori lucrũ. Iã vero
in pñti periodo ſcriptura inſignẽ ipſius patientiã,virtu Phil.1.
tem longe vtiliſſimã perſtringit duplici nimirũ exẽplo.
Siquidẽ quũ Tobias tam ſctõ.ſ.ſepulturç feſſus officio,
requieſceret in cubiculo ſuo,cadenti de hirũdinũ nido
albugine,cæcitatẽ incidit,nec cõqueſtus ingemuit,nec
dixit, Hæc merces laborũ meorũ:Fraudari ſe magis do-
luit obſequiorũ q̃ oculorũ munere, nec cæcitatẽ pœnã,
ſed impedimentũ putabat. Deiñ cũ falſo rep̃henderet
à vicinis de eius patiẽtia,magis ac magis habuit patiẽ-
tiam,veluti feciſſe diuũ Iob legim',Cæterũ quia nõ pa-
rũ multis intelligim',q̃ nõ ſit mõ vtilis,ſed om̃ino ne-
ceſſaria oĩbus hoĩbus patiẽtia,ad bñ beateq; viuendũ,
operæpretiũ viſum eſt eius tractatũ, ſingulari Synta-
gmate alias cõplecti,q̃d pius lector facile huc reductu
rus eſt,in hunc qui ſequit̃ modũ habens.

De patientia.

Secundi capitis Periodus IIII.

Anna uero uxor eius ibat ad opus textrinum quotidie, & de labore manuũ suarum uictum, quem cõsequi potuisset, deferebat. Vnde factum est, ut hœdum caprarum accipiens detulisset domũ. Cuius cum uocem balantis uir eius audisset, dixit: Videte ne forte furtiuus sit. Reddite eum dñis suis, qnia non licet nobis aut edere cũ furto aliquid, aut contingere. Ad hæc uxor eius irata respondit. Manifeste uana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modo apparuerũt. Atq; ijs & alijs huiuscemodi uerbis exprobrabat ei.

¶ Hactenus de patientia Tobiæ, quæ nobis æque in exemplũ prodita est, vt eam sequamur atq; patientia diui Iobi, quum huic ille inibi nequaq̃ cedat, sed alterum ferme alter æquet. Quemadmodum eñ Iob in aduersis contra deũ nihil stulte loquutus est, sed amissa oĩ substantia, prole & valetudine: sed derisus suæ patientiæ à consanguineis & vxore propria, patienter dixit: Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es. Si bona suscepimus de manu dñi, mala quare nõ sustineamus? Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dñs dedit, dñs abstulit, vt dño placuit, ita factũ est: sit nomen dñi benedictũ. ¶ Sic pariformiter Tobias in aduersis suis contra deum non

Tobiæ 1.2.

murmu-

murmurauit, immo amiſſa libertate, valetudine & omni ferme ſubſtantia,& ſubſannatus à cognatis ſuis & vxore propria,quaſi fruſtra feciſſet eleemoſynas,& in caſſum mortuos ſepelijſſet, tantum abſuit, vt vel tantillum murmuraſſet, vt etiam patientiſſime dixerit ad eos: Nolite ita loqui,qm̃ filij ſanctoꝝ ſumus, & vitam illam expectamus, quã deus ijs eſt daturus, qui fidem ſuã nunq̃ mutant ab eo. Cuius verba ſequitur vxoris exprobratio,vnde hæc vxori acciderit, contextus ipſe ſatis euidenter innuit,dicens: Anna vero vxor eius ibat &c. Ex quo nimirum contextu & quidem Annæ exemplo colligimus ¶ Primo mulierem ociari nequaq̃,ſed laborare iugiter debere, ac inde ſuis & ſibi victum acquirere, nedum eam ob cauſam,ſed vt vitia declinet laborando: quandoquidẽ multã malitiã, inquit ſcriptura,docuit ocioſitas. Siquidẽ fornicari fe- Eccl. 35.
cit otium Sodomæ filias. Inde Apoſtolus hortatur Ti- Ezec.16.
motheũ,vt deuitet viduas iuniores,quũ ſint otioſæ & 1.Tim.5.
circumire domos ſolitæ,quæ quũ luxuriatæ fuerint,in Chriſto nubere volunt,habentes damnationẽ. Sic ſcriptura laudat eam mulierẽ fortem, quæ lanam & linũ Prou. 31.
quæſiuit,& operata eſt conſilio manuũ ſuaꝝ, & miſit manũ ſuam ad fortia,& digiti eius apprehenderũt fuſum. Talis erat mulier diua virgo, quæ (vt paulopoſt loco ſuo audiemus) ſemper à tertia diei hora ad meridiem lanificio vacabat, reliquũ diei orando & legendo peragens. Talis quoq; fuit Heliſabetha regis filia, q̃ ab oratione ſurgens, vel lanam carpebat,vel texebat, vel aliud ſerio operabatur. Talis fuit & vxor Anna Tobiæ,quæ quotidie ad opus textrinũ ibat &c. Quarum proculdubio quælibet curauit,ne per otium & quietẽ vllum ſibi tempus elaberetur,nullã (vt credere æquũ

est)maiorẽ iacturã arbitrata q̃ tpis, in q̃ sita est villica-
Lucæ 16. tionis ratio,quã euangelica celebrat historia,quã & me
minisse debet vnaquęq; mulierꝫ: sed ne viro quidẽ ocia-
Ephe. 4. ri cõuenit. Ad oẽs em̃ ait Apl̃us:Nolite locũ dare diabo
lo.Qui furabatur iam nõ furet,magis aũt laboret mani-
bus suis,q̃d bonũ est. ¶ Secũdo,nos dũtaxat ex eo de
bere viuere,q̃d ex vero labore nõ q̃d dolo,rapina,fur-
to vel hoc mõ cõsimili nanciscimur, Vñ Apl̃us de ocio
2.Tess.3. sis ad Thess. Audiuim⁹,inquit, inter vos quosdã ambu
lãtes in quiete,nihil operãtes, sed curiose agentes. His
aũt,qui eiusmõi sunt,denunciamus & obsecramus in
dño Iesu Christo,vt cũ silẽtio operãtes suũ panẽ man-
ducent. Qui vero in contrariũ facit,dei præcepto & ei
quidẽ primo contrarius est.Ille em̃ ad quẽlibet hoĩm
in persona protoplasti ait:In sudore vultus tui, vesceris
Gene. 3. pane tuo,donec reuertaris in terrã de qua sumptus es.
Psal. 127 Ideoq; ꝓpheta eũ censuit benedictũ à deo,qui mandu
cat labores manuũ suarꝫ. Hinc diui Apl̃i etsi precãdo,
Ioan. 21. legendo,prædicando om̃e ferme tempus absumerẽt,
quoties ab huiusmõi operibus requies contigit,mani-
bus aliquid operabant. Petrus Bariona & Ioan.Zebe-
Actu.18. dæi filius medio apostolatu piscati sunt. Tarsensisq;
2.Tess. 3. Paulus,vbi classicũ illud inflarat,quo partẽ multo ma
ximã humanarꝫ gentiũ ad Christi signa cõuertit,funes
texuit,de seipso alibi dicens:Ipsi em̃ scitis,quemadmo-
dũ oporteat imitari nos, q̃m nõ inquieti fuimus inter
vos,neq; gratis panẽ manducauimus ab aliquo, sed in
labore & fatigatione nocte ac die operãtes,ne quẽ ve-
strũ grauaremus.Nõ quasi nõ habuerimus potestatẽ,
sed vt nosmetipsos,formã daremus ad imitandũ nos.
Id quod & viri reliqui ijdemq; sanctissimi factitarunt,
nõ quia nõ esset,quod docere possent,aut nõ haberẽt,
quod

quod vtilius operarenť, sed vt sibi concessum otiũ verterent in negotium, satius esse rati aliquid agere, q̃ nihil agere, modo id quod agereť, honeste fieret. Quos peruelim & sacerdotes nostro tempore imitari, nõ vt ex laboribus ditescant, sed vt (quẽadmodũ idem ait Aplus) haberent vt tribuerent necessitatẽ patientib⁹. Ephe. 4.
Nec est ideo, quod laici inuideant aliquibus otiose mã ducantibus, quũ sciant se in numero beatorꝝ, illos vero maledictorꝝ, suamq́ꝫ se in tempore luituros de otio pœnam, qui exemplo habent diuitem epulonẽ. ¶ Tertio, nos nõ modo nõ debere furari, sed nec pati, vt maneat penes nos, quod furatũ est. Vnde Ecclesiasticus ait: Erubescite &c. & de loco, in quo habitas, de furto. Exo. 20. Deut. 5. Eccl. 41.
Siquidem in eum, qui furtũ penes se patitur, fit præsumptio furti, quasi conscium eius, qui cum faciente, Paulo teste, idem censetur. Rom. 1. Hinc idem præcipit Timotheo, ne communicet peccatis alienis. Cuiusmodi est, qui consentit cum malo in malo. Ea propter & leges Imperiales, in detentores malefactorum serio animaduerunt. L. 3. ff. de Abigeis L. 1. ff. de recep. c. Sicut de hæreticis.

Tertij capitis Periodus I.

TUnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis, dicens, Iustus es dñe, & oĩa iudicia tua uera sunt, & omnes uiæ tuæ misericordia & ueritas & iudiciũ. Et nunc dñe memor esto mei, & ne uindictam sumas de peccatis meis, neqꝫ reminiscaris delicta mea uel parentũ meorũ. Quoniã non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionẽ & captiuitatẽ & mortẽ & in fabulam, &

lam, & in improperiū omnibus nationib. in quibus dispersisti nos. Et nunc dñe magna iudicia tua, quia non egimus secundū præcepta tua, & non ambulauimus synceriter coram te. Et nunc dñe secundū uoluntatem tuam fac mecū, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori, magis q̄ uiuere.

¶ Quanta fuerit Tobiæ patientia, & quā ob causam memoriæ prodita, hactenus haud obscure audiuim*. Sane probabilis & ingens illius fuit patientia, quod & captus, alio ductus, bonis temporalibus ab hostibus spoliatus, simulq́ꝫ interim quū deo in omnibus pro virili inseruiret, aduersa percussus valetudine, & à proprijs consanguineis, ceu alter Iob, derisus, nihil plane nec contra deum, nec contra se, nec contra hostes, nec aduersum subsannatores vel tantillum succensuit, verum amore dei oīa susq́ꝫ deq́ꝫ tulit. Id quod deinde magis ac magis ex ea apparebit querela & oratione, quā i tantis aduersis toto corde ad deū habuit, dicens: Iustus es dñe &c. Ex qua nimirꝫ querela admodū oratione, quam recte vnusquisq́ꝫ nostrū in hac calamitate temporis huius vti posset ac idem deberet, Tobias suo nos exemplo satis paternè docet. ¶ Primo nos pro salutari habenda in aduersis patientia, qua omino ad bene beateq́ꝫ viuendū opus est, ad idem esse deuoto pectore confugiendū, illamq́ꝫ quū res summè sit ardua, ab eodem solo petere, qui solus est, vnde oñe est do-
Iacobi, I. num perfectū, & oīs deniq́ꝫ patientia, quā nemo suis habere potest viribus. Deficientibus eñ oībus, quæ

quoq̄

quoquo modo patientiã persuadere debuerit, solus & vnicus portus superest, quo confugiendum tuto est .s. thronus diuinæ misericordiæ. Hinc Iosaphat ab hostibus quibus resistendo plane impar erat, vndecunq; supraq; modũ circundatus, ad deum confugijt, inquiẽs: Dñe deus patrum nostrorũ, tu es deus in cælo .i. dominaris cunctis regnis gentiũ. In manu tua est fortitudo & potentia, nec quisq̃ tibi potest resistere &c. In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit sup nos: sed quũ ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Atq; vtinã vniuersi hoc tempore principes & magistratus cum suis hunc nobilem principẽ imitarentur, qui certe non minoribus q̃ Iosaphat inimicis augustiantur adeo, vt solus deus eis resistere possit. Sic & reliqui suam à deo patientiam petierunt. Dauid quidem in aduersis aiebat: Deo subiecta est anima mea, qm̃ ab ipso est patientia mea. Qui in veritate vocatus non deerit, sed in opportunitatibus adiutor aderit in tribulatione, vtpote qui cum sit fidelis, authore Apostolo, nõ patietur nos tentari supra id, quod possumus, sed faciet cum tentatione prouentũ, vt possimus sustinere: quomodo & cum Tobia egit, qui docet suo exemplo. ¶ Secundo nos vel q̃libet probos & iustos (quales tamen an simus, plane nescimus) debere omnia nostra aduersa peccatis nr̃is imputare, quę deus ita puniẽda velit, nosq; cohortari, vt desinam⁹ à peccãdo. Ita nimirũ scriptura ait: Iustus prior est accusator sui. Hinc & Esdras sacerdos cũ suis olim obsessus à crudelissimis inimicis, orabat: Sed & nos ipsi peccauimus grauiter vsq; ad diem hanc, & iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi & reges nostri, & sacer

2. Para. 20. — Psal. 61. — Psal. 9. — 1. Cor. 10 — Eccls. 9. — Prou. 18. — 1. Esd. 9.

& sacerdotes nostri in manũ regum terrarũ, & in gladi
Iudith.8. ũm & captiuitatem,& in rapinam & confusionẽ vultus. Et Iudith cum suis dicebat: Et nos ergo non vlciscamur nos pro ijs,quæ patimur,sed reputantes peccatis nostris,hæc ipsa supplicia minora esse, flagella dñi
Hest.14. &c. Et Hester cum suis ab Olopherne tribulata ait: Peccauimus in conspectu tuo,& idcirco tradidisti nos in manus inimicorũ nostrorũ. Sic fratres charissimi nõ dubitemus nobis nunc aliam ob causam q̃ propter peccata nostra multiplicia obuenire tot aduersa, & quidẽ crudelissima. ¶ Tertio nos debere in huiusmodi nostris aduersis,quæ in pœnã immittunt,vel q̃libet horrendis,deum confiteri iustũ simul & misericordẽ: Iustum,quia vindicet demerita, siquidẽ iustitiæ sit, vt iniquitas suam habeat mulctã, misericordẽ, quia minor sit pœna q̃ culpa,quæ vtiq; longe maiorem meretur,intuitu eius,in quẽ peccatur, qui in infinitũ bonus est, tot modis à nobis optime meritus. Hinc Iudith
Iudith.8. huiusmodi temporalia supplicia adfirmat esse minora dñi flagella,quibus ille nos ad emendationẽ, & nõ ad perditionem nostram corripiat. Recte ergo propheta
Psal. 110. dixit: Misericordiã & iudiciũ cantabo tibi dñe in æternum. Quare? quia vbiq; iustus est & misericors,& eius iudicia sunt iusta & vera, qui nemini facit iniuriam, *in quo nihil est nisi iustitia.* ¶ Quarto nos debere deum orare,vt velit obliuisci nostrarũ iniquitatũ,atq; vt misericorditer nobiscum agat, deq; nostris & nostrorum peccatis vindictam non sumat in huiusmodi aduersis nostris. Sic inter cæteros rex Manasses, quum captus teneretur in Babylone,ad dñm hisce verbis orauit, in-
2.Par.37 quiens: Et cum flecto genua cordis mei, precans ad te bonitatẽ dñe: Peccaui dñe peccaui, & iniquitatẽ meã agnosco.

agnoſco: Peto rogans te dñe, remitte mihi, remitte mihi &c. ¶ Sed, inquis, ſi iuſtū eſt, vt deus puniat peccata noſtra, & vt nos huiuſmōi ſupplicijs emēdemur, quid deprecamur eiuſmodi ſupplicia? Nonne deus efficeretur deinde iniuſtus, vbi ſuppliciū remitteret? Reſpondeo quidē ¶ Primo deum nō ideo effici iniuſtū ſi nobis relaxat ſecundū ſuam miſericordiā ſupplicia, q̄ ex iuſtitia merebamur, ſiquidē quod miſericorditer indulget, iuſtitiæ maieſtati nihil derogat, quū ſine etiam noſtra petitione ex ſua miſericordia quicquid eſt pœnæ remittere poſſet, nec in contrariū quiſq̄ dicere audeat. Dicenti in contrariū, ipſe vere ſit dicturus: Amice nō facio tibi iniuriā: Tolle quod tuū eſt, & vade. Volo aūt & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. Aut nō licet mihi, quod volo, facere? quādoquidē ego ſum, qui habeo poteſtatē vitæ & mortis, qui mortifico & viuifico, deduco ad inferos & reduco. Igitur, o homo, inquit Apſus, tu quis es, qui reſpōdes deo? Nunquid dicit figmentū ei, qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An nō habet poteſtatē figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorē, aliud vero in contumeliā? ¶ Secūdo reſponderim, nos in aduerſis non prorſus deprecari ſuppliciū, ſed vindictā, quæ nihil eſt, q̄ pro peccatis retaliatio, quæ ſecundū iuſtitiā eſt perditio temporalis & æternalis, & pœna æquiualens peccato, vt pellē pro pelle, dentē ꝓ dente, manū ꝓ manu &c. Quā ſane vindictā de pc̄tō, q̄ eſt tēporalis & ęternalis punitio, deprecari debemus, vt .ſ. deus ꝓ peccatis nr̄is miſericorditer agat, verſurus pœnā, quā propṫ pc̄tā nr̄a meriti ſum⁹, ęternalē & tēporalē, & hāc ꝑ patientiā mitigat, ne ſinat nos vltra id, q̄d poſſumus, pati. Recte, ꝓinde petimus nobis fieri ſecūdū miam, quū ex iuſtitia plane eſſemus

Mat. 20. Sapi. 16. 1. Reg. 2. Rom. 9. Iob. 2. Exod. 21. Leui. 24.

hic &

hic & alias propter iniquitates nostras damnandi: siquidem superbũ sit, quempiã petere, vt sibi fiat secundum iustitiã, quandoquidẽ nulla nostra sit proprie apud deum iustitia, nisi quã ipse ex promissione secundum misericordiã suam nobis defert. Quũ eñ fecerimus omnia, quæ præcepta sunt nobis, seruos tamẽ dicere nos oportet inutiles, quia quod debuimus facere, fecimus. Et hoc est, quod propheta orat, dicens: Non intres in iudiciũ cum seruo tuo, quia nõ iustificabitur in conspectu tuo omis viuens. i. non facias districtũ examẽ offensarũ serui tui, quia si vis districte examinare & seuere iudicare, nullus viuens in terra iustificari poterit ante te. Et alio in loco: Ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarũ, cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Sic & Manasses orans ait: Peccaui dñe peccaui, & iniquitatẽ meã agnosco: Peto rogans te dñe, remitte mihi, ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neq; in æternũ reserues mala mihi, quia indignũ saluabis me secundũ magnã misericordiã tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ. Sic quoq; Tobias, quũ iam iustitiã & misericordiam dei esset confessus, orans, inquit: Dñe memor esto mei, & ne vindictã sumas de peccatis meis &c. Et nunc dñe secundũ voluntatẽ tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritũ meum &c. Ita sane omnibus est orandũ, sibi. s. auferri vindictã secundũ diuinã misericordiam cum firmo proposito abstinendi à peccatis, id quod vel solum deus reposcit. Si vero pœnã à deo inflictam conaremur abijcere, interim peccata nõ deserentes, nec vitam emendare satagentes, certe q̃tum in nobis esset, niteremur iustitiã dei euacuare, quæ exigit, vt peccata non maneant impunita. Hinc apparet

Lucæ. 17

Psal. 142

Psal. 78.

q̃ re-

q̃ reprehensibiles sunt, qui ad euadendũ diuinas correptiones, prius corporalia remedia q̃ spiritualia .i. vitæ emendationẽ quærere consueuerunt. Id quod est deum magis & magis ad indignationem prouocare.

¶ Ea propter fratres, quia aduersitas & tribulatio Israhelitarum, de qua loquitur Tobias, vere propter peccata nostra in nos peruenit, qui secundũ repromissionem sumus Israhelitæ, & propterea, quod dei præceptis non obediuimus, excitatus est aduersum nos alter Sennacherib, impius Christianæ crucis hostis, cuius truculentia, permissione diuina, traditi sumus in direptionem, qua auferat temporalia nobis, cogẽs nos ad extremã inopiam, itemq́ in captiuitatẽ, qui bello aliquot millia cœpit, quibus ad omnẽ vilissimã abutitur seruitutem, & ad mortẽ, quia hactenus multa centena millia om̃is generis & ætatis mortaliũ varijs tormentorũ generibus miserrime trucidauit, & ita quidẽ, vt ipsis & alijs sumus in fabulam & in improperium, idq́ facit, vt suæ cupiditati & crudelitati satisfaciat, dominandi cupidus, interim eradicans Christianã fidem & religionem, quæ ei & ipsius moribus om̃ino aduersatur. Ideo quum tantæ multitudini hostium resistere nequimus, superest, vt ad solum deum confugiamus, nosq́ de peccatis nostris accusemus, veniã precemur, deprecemurq́ supplicium, interim nos emendantes, nosq́ ipsos corripiamus ne cum hoc mundo damnemur. Quod vbi fecerimus non dubitemus, quin deus possit ac velit fugare, quem excitari propter peccata nostra permisit. Non em̃, inquit propheta, abbreuiata est manus domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt nos exaudiat, ipse quidem cessantes à peccando, prorsus exaudiet.

Rom. 9. Gala. 4.

Turcæ crudelitas.

Esaiæ. 59

I Perio-

Periodus II.

Eadem itaq; die contigit, ut Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab una ex ancillis patris sui, quoniã tradita fuerat septem uiris, & dæmonium Asmodæus occiderat eos, mox ut ingressi fuissent ad eã. Ergo cũ pro culpa sua increparet puellã, respondit ei, dicens: Amplius ex te non uideamus filium, aut filiam super terram interfectrix uirorũ tuorum. Nunquid & occidere me uis, sicut etiam occidisti septem uiros? Ad hanc uocem perrexit in superius cubiculũ domus suæ, & tribus diebus & tribus noctibus non manducauit neq; bibit, sed in oratione persistens, cum lachrymis deprecabatur deum, ut ab isto improperio liberaret eam.

¶ Diximus in præcedentib. de patientia tractatib', patientiã esse æquanimã dei causa aduersorũ tolerantiam. Cæterũ quia varia sunt aduersa, sequi necessum ẽ, variam esse patientiã. Est etẽm ¶ Prima patientia in aduersitate dolorũ sæuorũq; cruciatuũ tolerantia. Cuiusmodi fuit patientia triũ puerorũ Hebræorũ, qui ætatem, quæ tenera adhuc erat, magnitudine animi supergressi, medio flammarũ æstu destituti, deo seruatori hymnũ cecinerunt. ¶ Secũda est in aduersitate eorũ aduersorũ, quæ sunt in infortunijs in animo potius constitutorũ tolerantia. Cuiusmodi fuit patientia Iob & Tobiæ,

Danie. 3.

Tobiæ,de qua hactenus plura. ¶ Tertia est in aduersitate,quæ ex iniurijs emanat, tolerantia, adeo vt quis æque eas ferat iniurias,non retalians:qualis fuit patiētia ipsius Dauid,qui cū malediceret à Semei filio Chera,ab eodem'q; publicitus cognoīaret vir sanguinū & vir Belial,illū'q; propterea tot ab inimicis suis mala ferre,tm̄ abfuit,vt ipse remalediceret,vt nollet istū à suis satellitibus mulctari,inquiēs: Dimittite eū,vt maledicat: dn̄s eñ p̄cepit ei,vt malediceret Dauid. Et quis est, qui audeat dicere,q̄re sic fecerit?Dimittite eum, vt maledicat,iuxta p̄ceptum dn̄i,si forte respiciat dn̄s afflictionē meā,& reddat mihi bonū ,p maledictiōe hac hodierna. Talis fuit & patientia Saræ filiæ Raguelis, q & ipse (in alia tn̄ ciuitate q̄ Tobias) de Iudæis captiuus erat. Quæ nimirū Sara tandem filio Tobiæ matrimonio est locata,vtcunq; prius ex ordine septē viris nupserat, q̄ vt ad eam ingressi fuerāt,mortui sunt. Id q̄d quædā ex Raguelis ancillis Saræ improperabat,q̄si ipsa illos necasset,quam ipsa iniuriā longe maximā æquissime & patientissime tulit,iuxta hoc loco scripturam,quæ ait: Eadem itaq; die contigit &c. Ex qua nimirum historia 2.Re.16.

¶ Primo notātur tres maxime iniuriæ, quibus Saram adfecit ancilla patris, & quidem vilissima persona.

¶ Prima iniuria,quoniam esset sterilis: siquidem sterilitas in antiquo testamento tam fuerit probrosa,vt maledicta habebatur,quæ non pareret,quū curæ esset bñdictio,qua deus ,p̄toplastis bñdixerat,inquiēs: Crescite & multiplicamini,& replete terrā. Est aūt hæc maledictio nihil aliud,q̄ hoīm exprobratio. Neq; ob aliud sane dicitur sterilis maledicta,nisi q̄d opprobrio & cōtemptui sit habenda, tanq̄ inutilis & infructuosa, & hoc in Israel tantum. Nec recte cuipiā sterilitas vitio Gene.1.

vertenda est, quũ non sit personæ sed naturæ vitium, modo ne quis sterilitati ansam præbeat, quod homicidio proximũ est, quod non fecerat Sara, vt audiemus. ¶ Secunda iniuria, quod illam nuncuparit interfectricem septem virorũ, quos tamen ipsa minime sed cacodæmon propter istorũ iniquitatẽ, vt infra dicetur, interfecerat. ¶ Tertia quod & ipsa eam vellet interficere, quod non cogitabat, sed illam pro culpa ipsius, vt fieri solet, tanq̃ patris ancillam increpabat. Vnde facile intelligimus ipsam correctionis impatientia illi opprobrasse. ¶ Secundo docemur quid agamus vbi iniurijs adficimur, non vtiq; retaliamus aut conuicia regeramus, verum patientes, deo eiusmodi iniurias cum deuotione cõmittamus, ipsum vindicẽ constituentes,

Deut. 32. qui ait, Mihi vindictam, & ego retribuam eis. Expedit

Rom. 12. enim vt si aliquis nobis conuiciatur, lacessit, ad violentiam prouocat, ad iurgiũ vocat, silentiũ exerceamus, muti fieri nõ erubescamus: memores, quod peccator est, qui iniuriam facit, & nos sui similes fieri desiderat: Qui vbi tacemus, plus rumpitur, victũ se reputat, irrisum post habitum atq; illusum. Si respondemus, superiorem se factum arbitratur, quia parem inuenit, vtriq; tum condemnant, neutri absoluunt. Iusti ergo si esse voluerimus, nihil loquamur, teneamus bonũ fructum conscientiæ. Plus cõmittamus bonorũ iudicio, q̃ criminantis insolentiæ, contenti grauitate morum nostrorum, Sileamus à bonis, quia bene nobis conscij falsis non debemus moueri, nec æstimare debemus plus põderis in alieno esse conuicio, q̃ in suo testimonio: quẽadmodum & propheta, vt dictum est, fecit: qui quum

2. Re. 16. iniurias ab conuiciante acciperet, dixit: Posui ori meo

Psal. 38. custodiam, quum consisteret peccator aduersum me.

Obmu-

Obmutui & humiliatus ſum & ſilui à bonis. Ita quoq; Eſaię. 53.
fecit ipſa ſapientia, Chriſtus rex & doctor omniũ, quip 1. Petri 2.
pe qui cum peccatũ non fecerat, nec inuentus erat do-
lus in ore eius, & cum ei malediceret, non maledice-
bat: quum pateretur, non comminabatur: de ſe ipſo
dicens: Et qui inquirebant mala mihi, loquuti ſunt va Pſal. 37.
nitates, & dolos tota die meditabantur. Ego aũt tanq̃
ſurdus non audiebã, & ſicut mutus non aperiens os ſu
um. Immo, qui & ferendã eſſe iniuriam præcepit, & il-
latam vſq; adeo tulit, vt veniam ſit percuſſoribus pre- Lucæ. 23
catus. Cuius exemplũ inter alios olim ſequuta eſt Sa-
ra, filia Raguelis, quæ iniurijs laceſſita nõ recõuiciata
eſt, ſed tacens in locum domus ſecretũ abijt: tribus die
bus & noctibus deum precata eſt, vt ſe ab huiuſmodi
improperio liberaret. Quale quid & Suſanna egit, quę
de ſtupro quondã falſo ſuggillata, in abſcondito ad de
um orauit, inquiens: Deus æterne, qui abſconditorũ es Danie. 13
cognitor, qui noſti om̃ia anteq̃ fiant, tu ſcis, qm̃ falſum
teſtimoniũ tulerunt contra me, & ecce morior, quum
nihil horum fecerim, quæ iſti malicioſè compoſuerũt
aduerſus me. Exaudiuit igitur eam dñs, vt & Saram
exaudiuit, veluti ſequitur.

Periodus III.

**Factum autem eſt die tertia, dum com-
pleret orationẽ, benedicens dñm dixit: Be-
nedictũ eſt nomen tuum deus patrum no-
ſtrorũ, qui quum iratus fueris, miſericordi
am facies, & in tempore tribulationis pec-
cata dimittis ijs, qui inuocant te. Ad te dñe
faciem meam conuerto, ad te oculos meos**

 erigo.

erigo. Peto dñe, ut de uinculo improperij huius absoluas me, aut certe desuper terrã eripias me. Tu scis dñe, quia nunq̃ concupiui uirum, & mundã seruaui animã meam, ab omni concupiscentia. Nunq̃ cum ludentibus commiscui me, neq; cum ijs qui in leuitate ambulant, participem me præbui. Virum aũt cum timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere. Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni, quia forsitan uiro alij conseruasti me. Nõ est enim in hoĩs potestate consiliũ tuũ.

¶ De iniurijs nobis immerito illatis quid agendũ sit, facile didicimus ex Sara, filia Raguelis: quæ vtiq; sub indicat nos iniuriã accipientes retaliare nõ debere, verum ad deũ confugere, ex animoq; illũ orare, vt sic ab eis inq̃ iniurijs nos eripiat, ne saluti nr̃æ officiãt. Ea vero oratio q̃lis esse debeat, eiusdẽ Saræ dep̃catio nõ obscure perdocet, dicens: Bñdictum est nomẽ &c. Oratio aũt est non minus recte q̃ artificiose cõposita, q̃lis oĩs debuerit esse oratio. Cuius est in principio captare beneuolentiã & gratiam eius à quo petitur, vbi adfectus vnà cũ modestia humilitateq; ostendat. Vnde aũt maior posset captari beneuolentia, q̃ ex laude & benedictione eius q̃ petitur? Sic alias Azarias in medio ignis
Danie. 3. stans, orauit: Bñdictus es dñe deus patrum nostroꝝ, & laudabile, & gloriosum nomẽ tuum in secula: quia iustus es, in oĩbus quæ fecisti nobis. Iudicia eñ vera fecisti iuxta oĩa, quæ induxisti super nos &c. Ne quæsumus

sumus

sumus tradas nos in perpetuum, propter nomen tuū &c. Neq; auferas misericordiā tuam à nobis propter Abraham dilectū tuum. Sic hodie quoq; orat Sara, inquiens: Benedictū est nomē tuum, deus patrū nostrorum. s. Abraham, Isaac, Iacob &c. ¶ Id quod addit, ad excludendū gentiles, quorū dij nō sunt veri, sed dæmonia, sed creaturæ, dicente ꝓpheta: Qm̄ omnes dij gētiū dæmonia sunt, dn̄s aūt cælos fecit, à quibus hortaẗ scriptura: Nō seruietis dijs, qui hoīm manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui nō vident nec audiūt, nec comedūt, nec odorant. Scito ergo, quod ipse dn̄s est deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & non sit alius. Ille alibi de se ipso ait: Recordamini prioris seculi, qm̄ ego sum deus, & nō est vltra deus, nec est similis mei annūcians ab exordio nouissimū & ab initio, q̄ nedū facta sunt. Illum ergo verum & vnum deum adorat & precatur Sara, inquiens: Benedictus &c. ¶ qui etsi proptē peccata in puniendo plerumq; videaẗ iratus, misericordiam tñ consolando præstat eis, qui in tribulatione eū inuocant. Propheta canente: Iuxta est dn̄s ijs, q tribulato sunt corde, & humiles spū saluabit. Multæ tribulationes iustorū, & de om̄ibus ijs liberabit eos dn̄s. Clamauerunt iusti, & dn̄s exaudiuit eos, & ex om̄ibus tribulationibus eorum liberauit eos. Et iterum: Prope est dn̄s, om̄ibus inuocantibus eum, om̄ibus inuocantibus eum in veritate. Id quod factum est Saræ, quæ ab improperio petit se liberari, vt liberata est. ¶ Id vero orat ne aliquando per impatientiam possit frangi, & sic ab innocentia cadere, quæ malit mori q̄ sic cadere. Hinc deus aliqñ hoīem ex vita sumit, ne in hoc seculo peior reddi possit. Vnde scriptura: placens, inquit, deo factus dilectus: & viuens inter peccatores translatus

Psal. 95.
Deut. 4.
Esaię 46.
Psal. 33.
Psal. 44.

Sapi. 4. est, Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animã illius. Et hoc est, quod Sara se petit liberari ab improperio, Interim sibi bene cõsciam esse adfirmans. ¶ Id quod non iactanter, sed magis gratanter dicit, sciens hoc non aliunde q̃ ex diuino munere habuisse, quo sane modo iusti leguntur sua bona coram deo humiliter recoluisse in petendo, quod pene ad misericordiã propter gratitudinẽ prouocare solet. Sic Ezechias orans, ait: Dñe memento,
Esaie 38. quomodo ambulauerim in veritate coram te. Ipsa vero Sara in sua commendatione ¶ Primo docet virginem, non debere conuersari cum ludentibus, & qui leuiter viuunt, verbo aut facto luxuriantes, ne & ipsa ab eis scandalizetur: quandoquidẽ cum sancto sanctus
Psal. 17. eris, & cum viro innocente innocens eris: Et cum ele-
Eccle. 13. cto electus eris, & cum peruerso peruerteris. Qui eñ tetigerit picem, inquinabitur ab ea. ¶ Secundo, ne virgo velit nubere propter libidinẽ implendã, verum debet cum dei timore in dño nubere, quomodo nubit quum nubit ad procreandã prolem, ad cultum diuinũ, vel causa necessitatis & charitatis, vt fit in senibus, vt se mutuo fouere possint in tot mundi aduersitatibus, vel etiam ad deuitandã fornicationẽ, q̃uis prima causa esse debeat voluntas procreandæ prolis, vt diffuse Paulus ad Corinthios docet. ¶ Tertio, nos nihil eorũ
1. Cor. 7. quæ nos latent, sinistre interpretari debere, nec aliquid iudicare, anteq̃ nobis de eo constat. Vnde Paulus, no-
1. Cor. 4. lite inquit, ante tempus iudicare, quoadusq; veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à deo. Sic Sara noluit iudicare, an quia mortui essent sibi tot mariti, sua esset vel virorũ culpa, sed commisit consilio

filio diuino, quod nobis incognitum est. Quis enim, ait Apostolus, cognouit sensum domini? cuius iudicia sunt incomprehensibilia. Rom. II.

Periodus IIII.

Hoc autem pro certo habet, omnis qui colit te, quia uita eius, si in probatione fuerit, coronabitur, si aũt in tribulatione fuerit, liberabitur, & si in corruptione fuerit, ad misericordiã tuam fugere licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillũ facis, & post lachrymationẽ & fletum, exultationẽ infundis. Sit nomen tuum, deus Israel, benedictum in secula. In illo tempore auditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi dei, & missus est angelus dei sanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorũ uno tempore sunt orationes in conspectu domini recitatæ.

¶ Altera est pars orationis Saræ, in qua docet ¶ Pimo demum vel ideo probis atq; pijs hominibus plerumq; immittere tribulationes, vt sic probentur, & probati deinde copiosius coronentur in cælesti patria. Sicut eñ vasa figuli, inquit scriptura, probat fornax, ita hoies iustos tentatio tribulationis. Hinc Petrus ait: Modicũ nunc oportet contristari in varijs tentationibus, vt probatio vestræ fidei multo preciosior sit auro, quod per ignẽ probatur. Qui vbi probati fue- Eccl. 27. 1. Petri 1.

 rint,

rint,certũ eſt,eos coronatũ iri,nec antea: non eñ coro
2.Tim.2. nabitur,teſte Paulo, niſi qui legitime certauerit. Hinc
Iudith.8. Iudith ad presbyteros aiebat: Memores, quia tentati ſunt patres noſtri,vt probarent, ſi vere colerent deum ſuũ: memores, quõ pater noſter Abraham, tentatus eſt,& per multas tribulatiões probatus,dei amicus factus eſt. Sic Iſaac,ſic Iacob, ſic Moſes, ſic omes qui placuerunt deo,per multas tribulatiões tranſierunt fide-
Iacobi.1. les.Recte igitur virũ Iacobus beatum dixit, qui ſuffert tentationẽ,quia quũ ꝓbatus fuerit,accipiet coronã vitæ,quã repromiſit deus diligentibus ſe. Ita ipſe Tobiã & Saram corona gloriæ decorauit. ¶ Secundo,neminem in peccatis ſuis & in anguſtijs propter peccata debere deſperare,ſed fugere ad miſericordiã dei, per quã
1.Cor.10 certo liberetur.Id quod obſeruarunt (vt eſt in ſcriptu-
Iudith. 8 ris) Iſraelitæ,Bethuliani,Niniuitę & multi alij,qui pro
& 9. pter ſcelera ſua perdendi ad dei miſericordiã confuge-
Ionæ 2. runt,ideoq; liberati ſunt:ſiquidẽ plena eſt terra dei mi-
& 3. ſericordia,quæ ipſius eſt propriũ,vtpote qui (vt vere
Pſal. 118. dicit Sara) nõ delectat in perditione hoĩm. Cui & ſcri-
Sapien, 1 ptura adſtipulatur,dicens: Qm̃ deus mortẽ non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit, vt eſſent, omia. Ita q̃uis aliquis ſit tribulatus,ſemper tamẽ ſperet ſibi à deo miſericorde fore exultationẽ poſt fletum & lachrymas, non ſecus atq; poſt tempeſtatem, tranquillitatem. Cuius & ipſe tribulatus deum benedicere debet.Et inter multos Dauidem in vnicum recipe-
Pſal. 79. re exemplum, qui gloriabundus dicebat: Deus, quis eſt ſimilis tibi? Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas,& conuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me. Sic quoque miſeri-
Pſal.35. corditer egit cum Tobia & Sara, qui prope eſt omnibus qui

busqui tribulato sunt corde, qui eum inuocant in veritate. ¶ Tertio, angelos astare nostris orationibus, & eas ad deum quasi ministros offerre. Hinc propheta ait: In conspectu angelorum psallam tibi. Sic ad Zachariam angelus dicebat: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Sic & ipse angelus Tobiæ & Saræ orationes deo obtulerunt, & recitarunt. Et idipsum quomodo peragunt suo loco commodius dicemus, hoc loco duntaxat hortantes, vt preces nostras & hymnos cum reuerentia & deuotione non somniculose, non ociose, non incuriose aut hoc genus modo male proferamus. reuereamur tam nobiles consortes, qui semper vident faciem patris, qui in cælis est. Psal. 137. Lucæ. 1. Matt. 18.

Quarti capitis Periodus I.

IGitur quum Tobias putaret orationem suam exaudiri, ut mori potuisset, uocauit ad se Tobiam filium suum, dixitq; ei: Audi fili mi uerba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe: Cum acceperit deus animam meam, corpus meum sepeli, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ eius. Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Cum autem & ipsa compleuerit tempus uitæ suæ, sepelias eam circa me.

¶Tobi-

¶ Tobias videns iniquā suorum tempoꝝ & mortalium conditionē desiderio ad deum precatus est, spiritum suum in pace receptū iri, quod sibi melius duceret mori q̄ viuere. Quia vero suas à deo preces arbitratus est esse exauditas, aut certe diem mortis vel fore propinquam vel incertam, qm̄ nihil certius morte, nihil vero mortis hora incertius, nec sciatur qua hora, siue mane siue in meridie siue vespere siue in gallicantu dominus ipse sit venturus, ex hoc nos seculo per mortē
Mar. 13. susceptururus, officio boni patris functus est, vtpote veritus ne morte præueniatur inopina, testamentū suū
L. 1. ff. de testamētis. facit ex more omniū gentiū. Est aūt ¶ testamentum (authore iurisconsulto) nostræ voluntatis iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. Et habet ipsum ex sacris quoq; literis suum fundamē-
4. Re. 20 tum. Ad Ezechiam eṁ ęgrotātē Esaias iussu dñi dice-
Esaiæ. 38 bat: Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues. Dicitur aūt in definitione: ¶ Post mortem. Siqui-
Hebr. 9. dem testamentū, scribente Apostolo, in mortuis confirmatur, quod nondum valet, dum viuit, qui testatus est. Vbi eṁ testamentū est, necesse est intercedat mors
L. 4. ff. de Adi. legat. testatoris. Potest eṁ testator donec viuit reuocare & mutare, quod post mortē fieri voluit: quandoquidē eius (vt inquit lex) voluntas ambulatoria sit vsq; ad vltimū vitæ exitum. Dicitur etiam, ¶ quod velit aut voluit &c. ad arguendū, à nullo debere mutari vel auferri, quod testator statuit, sed omino firmū esse habēdum, quod testatus est: & ab eis, quoꝝ interest, perfici
In Auth. de nupt. §. disponat. coll. 4. L. 1. C. de sac. ec. debere. Ait eṁ Imperator: Disponat vnusquisq; in suis, vt dignū est, & sit lex eius voluntas. Nihil est enim, quod magis hoībus debeatur, q̄ vt supremæ voluntatis, postq̄ aliud velle nō possunt, liber sit stilus & licitū, quod

quod iterum non redit arbitrium. Hinc quia quod Christus post mortem suam fieri voluit, testamentũ nouum dici cœpit, quod ita ab omnibus est seruandũ, vt Euangelista minetur ei, qui eidem testamento aliquid contrarij addit, plagas quæ inibi scriptæ sunt. Et ei, qui diminuat inde quicq̃, vt deus auferat partẽ eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta. Cuiusmodi minæ proculdubio in eos recidunt, qui testamenta infringunt, quo minus fiat, quod statuit testator. Dicitur autem ¶ iusta sua &c. ad significandũ seruari oportere, quod fieri voluit testator, si licitum sit & honestum atq; iustum, & non contra bonos mores, vt si disponeret, suas post mortem reliquias in Rhenũ proijciendas. Certe qui id nõ seruaret, non expellendus sed laudandus esset, quod & religionẽ & honestatem seruasset. Nec enĩ seruari oportere, quod statuit testator, q̃d est vel contra edicta Imperatoris, aut contra leges vel contra bonos mores, vel quod est ineptũ & derisoriũ. Quæ vero iuste & sancte testator in suo testamento possit ac debeat disponere, Tobias ipse nobis perfectissimam præbet formulã in suo testamento hoc sub capite. ¶ Atq; sane perdocet Tobias, eum, qui velit testari iuste & beate, duorum imprimis debere rationem habere, deq; eis testari. Primo quidem sui ipsius oportere rationẽ, & hoc quoad duo: ¶ Primo, vt inprimis consulat animæ suæ, quatenus illa deo vera fide & bonis operibus sit reconciliata, aut saltem reconciliari possit, vt cum illo post hanc transitoriã vitam viuere possit æternã vitam. Siquidẽ homo nihil præciosius habeat anima, Christo dicente: Quid prodest hominibus, si mundum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentũ patiatur? Aut quã dabit hõ cõmutationem

Apoc. 22

L. Quidam de Condit. Institut. L. Conditiões ff. de Con. Instit. L. Seruo alieno. §. fi. ff. de leg. 1.

Matt. 16.

nem pro anima sua? Sic Tobias videns se ꝑpediem mo
Tobiæ, 3 riturũ, à deo suis peccatis petijt indulgentiã, & in pace
spiritũ suum receptũ iri. Ita & dñs noster more huma-
Lucæ 24 no, moriturus, voce magna ait: Pater in manus tuas
cõmendo spiritũ meũ. Et Stephanus iam lapidandus
Actu. 7. ait: Dñe Iesu, suscipe spiritũ meũ. Et Paulus solui cupie
2. Tim. 4 bat & esse cum Christo, alibi ad Timotheũ inquiens:
Tu vero vigila, in om̃ibus labora, opus fac Euangeli-
stæ, ministeriũ tuum imple, sobrius esto. Ego em̃ iam
delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonũ cer-
tamen certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui. In re
liquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet
mihi dñs in illa die iustus iudex. Atq; vtinã vnusquisq;
nostrum hoc ipsum vere possit dicere, instante mortis
L. quidam. ff. de con. Instit. tempore. ¶ Secundo, vt consulat corpori suo, nimirũ
vt more laudato sepeliatur, in loco consueto. Et hoc
propter duo præcipue, ¶ Primo, vt ait lex, vt per hoc
memoria habeatur humanæ conditionis, vtpote q̃ sit
hæc vana, transitoria, adeoq; nulla, & q̃ frustra & va-
ne tot modis corpori studemus, quod tamẽ sic futurũ
sit cibus vermiũ, & deniq; vt sic aspicientes præceden-
tium ossa, humiliamur, deponentes superbiam, qua in
Eccle. 10 flammamur in corpore habitantes. Ecce enim, inquit
scriptura, quid superbis terra & cinis? Cum enim mo-
rietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & ver-
mes. Sic enim conditionem nostri omnium tam fragi
lem, tam miseram cogitantes, videntesq; nos adeo
omnes in morte esse pares, facile incipiemus erga ali-
os esse humiles, atque animæ magis quàm corpori
hac in vita studebimus. ¶ Secundo, vt & sic supremo
honore honestemus ipsum corpus, quia hic vnà cum
anima fuerit templum spiritus sancti, quod & simul
cum ani

cum anima perpessum sit bona ac mala, æque salutis æternæ studiosum, quam & in resurrectione iustorum 1.Cor.6.
simul cum anima recipiet, vtpote, quod Paulo teste, dñs Iesus in nouissimo die veniens, resuscitabit & re- Philip.3.
formabit configuratũ corpori claritatis suæ, secundũ operationẽ virtutis suæ, qua possit etiam subijcere sibi omnia. Si enĩ purpuræ, sceptroq; regis defertur honos, quia illis rex vsus sit, quanto magis & honor ille supremus sepulturæ, deferri debet corpori, quo anima indumento vsa est? ¶ Hinc est quod sepultura non modo Christianis, sed & pijs illis hominibus in veteri testamento semper religiosa extitit. Sic inter alios Ia- Gene.49
cob paulo post moriturus, in suo testamento iussit filijs, vt se cum patribus suis in spelunca duplici, quam Abraham cum agro emisset, in possessionem sepulchri, sepelirẽt. Quod filij exequentes ex Aegypto illuc portarunt, & sepelierunt suis ceremonijs. Sic propheta 2.Re.13.
ille sanctus, orabat filios, vt se post mortem sepelirent in sepulchro, in quo vir dei sepultus est. Et Chri- Mat.27.
stus quoq; magister & author virtutis & honestatis, Marci 15
non frustra voluit post mortẽ suã, sepeliri cum omni honestate in sepulchro, quod nouũ erat, in quo nemo adhuc positus erat. Sic & Tobias se post mortem petijt sepeliri. Argumento nimirum, q̃ honesta sit sepulturæ ratio, quã vel ideo nostræ ætatis hęretici contemnunt, quoniã omĩ vacant honestate, quã nec post mortem merent. Et hactenus de ijs, quæ testator quo ad se seruare debet. ¶ Secũdo habeat rationẽ suorum filiorum, Prou.8.
si quos habet, vtpote hæredũ, quos æque atq; se amet, quia de sua substantia, q & sua sunt corona, in quib. per memoriã viuit. Mortuus enĩ, inquit script. est pr̃ eius. i. filij, & quasi non est mortuus. Similem enĩ reliquit sibi Ecc.1.30

in vita

in vita sua, videt, & lætatus est in illo. In obitu suo nõ est contristatus, nec confusus est coram inimicis. Reliquit me defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiã. Eorum proinde filiorũ pater moriturus rationem habere debet, haud secus atq; sui, qui-
Eccle.33. bus canente scriptura, in die consumptionis dierũ vitæ suæ, & in tempore exitus sui distribuat hæreditatem suam nõ antea, vtpote in vita, ne forte pœniteat, & deprecetur pro illis. Melius est enĩ vt filij sui eum rogent, q̃ vt ipse respiciat in manus filiorũ suorũ. ¶ Est aũt duplex hæreditas à testatore filijs relinquenda. ¶ Prima est eorum quæ promouent salutẽ animæ, ceu sunt bona omniũ, veluti sanctæ virtutes & disciplinæ ad bene beateq; viuendũ omino necessariæ, à quibus homo vel solis, vti à proprijs cõmendari potest, vtpote quæ vel solæ hoĩem hic vere decorant, quæ & æternæ sunt, quæ cum eo decedunt, quũ cætera ipsum non sequantur, Et sane quãto est anim⁹ pretiosior corpore, tanto sunt animi bona cæteris præstantiora, ¶ Secunda est eorum, quæ promouent corpus, ceu sunt bona fortunæ & corporis, quibus sine vix commodè in seculo viui potest, veluti aurũ & argentũ, agri & possessiones atq; hoc genus alia, quæ parentes debent suis filijs. Non enim debent, ait Apostolus, filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Debet igitur testator filijs relin-
2.Co.12. quere bona temporalia, atq; eis dare in mandatis, vt illis in rebus necessarijs honeste vtantur, atq; ea nõ dilapident, sed conseruent, ne ignominiose in egestate pereant. Multorũ quidem diuitũ filij, & maxime eorũ, qui sua vel citra laborem, vel nõ satis iuste acquisiere, prorsus facti sunt post mortẽ parentũ inopes, Ideoq; ne filij tales efficiant, inprimis à testatore illis est relinquenda hære

da hæreditas bonorum oĩm, ceu est vera in deum fides & opera bona per fidem deriuata, ad quæ pius testator magnopere hortetur alios testator, deinde q̃ꝗ leganda hęreditas bonorũ corporis & fortunæ. ¶ Ita Iacob patriarcha moriturus, vocauit ad se duodecim filios suos, benedicens vnicuiqꝫ iuxta merita, cœpit eos ante omnia docere fidem de futuro Christo, inter cætera dicens: Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de fœmore eius, donec veniet, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiũ. Gene.49 Et Iohannes Baptista iam in carcere paulopost moriturus misit suos discipulos, filios spirituales ad Iesum, vt sic veram fidem disceret de Iesu, vt possit eos bonis moribus ornatos viuens videre. Matt.11. Sic Paulus paulopost moriturus, instruit Timotheum, filium suũ spiritualem in eis, quæ animam concernunt, inter cætera dicens: Ego iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat: prædica verbũ, insta oportune, importune: argue, obsecra, increpa, in omi patientia & doctrina, vigila & in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministeriũ tuum imple, sobrius esto &c. 2.Tim.4 Ita quoqꝫ Tobias primo relinquit filio suo bona animi in specie, instruens eum in ijs omnibus quæ pertinent ad vitam beatam consequendã. Vnde ¶ Primo docetur testator pater, vt post sui deo cõmendationem præ omnibus vxorem & matrẽ filijs commendet, vt eam post suam mortem honorent verbis & factis, illiqꝫ obediant ac præstent, quibus opus habet. Ita & dñs Iesus in suo vltimo testamento, in cruce pendens matris nõ fuit immemor, sed eam vt sibi charissimã & charissimo discipulo Ioanni in supremis tormentis leganit & cõmendauit, inquiens: Mulier ecce filius tuus: Ecce mater tua, arguens q̃ filij obligentur honorare matrem. Ioan. 19.

Exo. 20. ¶ Primo quia deus, rex & dn̄s summus præcepit, cui
Deu. 5. om̄ino obediendū est. ¶ Secundo, quod, vt Ap̄lus ait
Matt. 15. primū sit mandatū promissionis, honorare parentes,
honores em̄ hic bene habebit, eritq; longæuus super
Ephe. 6. terram. ¶ Tertio, qm̄ dominationi obnoxius est inho
norans, scriptura dicente. Quàm malæ famæ est, qui
Eccle. 3. derelinquit patrē. Et est maledictus, qui exasperat ma
trem. ¶ Quarto, qm̄ labor ex natura mercedē expostulat, nō est aūt, qui causa filiorū plusq̄ mater laboret, tum in vtero, tū foris, quæ nutrit, castigat & instruit, & quidē lubens nō nisi ducta amore facit. Vnde ait Tobias. Cū acceperit deus animā meā &c. Petit aūt idem vxorē sibi suā in sepulchro suo conditū iri, nimirū ad ostendendū, q̄tus debeat coniugū esse amor, vt qui nec post mortē velint aliquo modo separari. Sic & in vno
Gene. 25 sepulchro sepulti sunt Abraham & Sara vxor. Et Iu-
Iudit. 16. dith q̄q; castissima cū viro suo sepulta est in Bethulia.

Periodus II.

Omnibus autem diebus uitæ tuæ in mente habeto deum, & caue ne aliquando peccato consentias & prætermittas præcepta dei nostri.

¶ Secundo commendata matre docet Tobias ante om̄ia deū præ oculis habere filios debere. Quod facient, vbi illū timuerint. Est aūt timere deū, nihil aliud q̄ syncero in illū amore eius seruare præcepta, quæ seruabimus, vbi à peccato recesserimus, & bene fecerim⁹. Non em̄ sufficit nō peccare, sed nō peccare & simul be
Matt. 20 ne operari, qm̄ otiū est peccatū, & in q̄ peccatū nō de-
Eccl. 33. est. Debemus aūt cauere peccata, quia damnāt, & bn̄
agere

agere deo, qm̃ ipse ineffabiliter bñ & adeo meritus est de nobis, vt q̃tumuis bene egerimus, illi tñ ꝓ eius in nobis beneficijs semper adhuc debemus, dicereq́ꝫ cogimur: Cũ fecerimus om̃ia, quæ præcepta sunt nobis, serui tamẽ sumus inutiles: Quia q̃d debuimus, fecimus. Luc. 17.
Et hoc est, q̃d propheta q̃qꝫ dicit: Declina à malo, & fac bonũ. Psal. 36.
Quanta vero bona timẽtibus deũ proueniant, suo dicemus loco.

Periodus III.

Ex substãtia tua fac eleemosynã, & noli auertere faciẽ tuã ab ullo paupere. Ita enim fiet, ut nec à te auertatur facies dñi. Quõ poteris, ita esto misericors. Si multũ tibi fuerit abũdãter tribue, si exiguũ tibi fuerit, etiã exiguũ libenter impartiri stude. Præmium enim bonũ tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniã eleemosyna ab oĩ pc̃tõ, & à morte liberat, & non patietur aĩam ire in tenebras. Fiducia magna erit corã summo deo eleemosyna, omnibus facientibus eam.

¶ Tertio docet, vt testator hortet̃ filios ad p̃stationẽ eleemosynæ, q̃ nihil aliud est, q̃ q̃d amore dei ex misericordia præstat̃, i. vtilitatẽ necessitatẽq́ꝫ pauperꝫ. Lucæ 16.
Ad quã Christus & multiplex scriptura hortat̃ nõ secus ad amorẽ proximi, q. vere consistit in eleemosyna. Vñ Ioãnes: Qui habuerit, inquit, substantiã huius mũdi, & viderit fratrẽ suũ necẽ habere, & claudit viscera sua ab eo, quo modo charitas dei manet in eo? 1. Ioan. 3
Docet autẽ hoc loco Tobias, esse seruandũ in eleemosyna danda ¶ Primo

vt demus sine acceptione personæ vnicuiq;, nõ diiudicantes, qualis sit vnusquisq;, quum eleemosyna eius detur noĩe, in quo petitur .s. Iesu Christi, qui retribuet.
Iob.31. Sic Iob ait: Si despexi prætereuntẽ, eo quod non habuerit indumentũ, & absq; operimento pauperẽ. In rep.
Lucæ. 10 autem rectores cauere debent, ne indigni mendicent, qui vel non egent, vel quod mendicant dilapidant. Hinc Tobias inquit: Et noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. ¶ Secundo, vt demus iuxta facultates nostras ne ipsis nobis deficiat aut filijs nostris. Quod
Lucæ, 11. & Christus docet, dicens: Veruntamen, quod superest, date eleemosynã. Quod superest .s. necessario victui & vestimento, Neq; eñ sic facere iubemur eleemosynam, vt nosipsos consumamus inopia, sed vt nostri cura corporis expleta, inopem q̃tum valemus su-
2.Cor.8. stentemus. Hinc Apostolus: Non eñ, inquit, vt alijs sit remissio, vobis aũt tribulatio, sed ex æqualitate in præ
Matt.15. senti tempore, vestra abundantia illoꝝ inopiam suppleat. Non debet igitur testator sic filios grauare legatis, vt filij interim egeant, nec ipse ad hoc persuaden-
Gala.6. dus est, per confessorẽ: quandoquidẽ etsi operari debemus bonum ad oẽs, maxime tamen ad domesticos
1.Tim, 5. fidei, Qui eñ, ait idem Apostolus, suoꝝ, & maxime domesticoꝝ curam nõ habet, fidem negauit, & est infideli deterior, Ideoq; in eo casu posset reluctari voluntati testatoris. Quicquid proinde huius est rei, relinquatur conscientiæ filioꝝ. ¶ Tertio, vt libenter & nõ coacte aut cum murmure demus pauperibus, qm̃ nihil deo gratum sit q̃ quod voluntarie fit. Vnde Pau-
2.Cor.9. lus: Vnusquisq;, inquit, prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate: Hilarem eñ datorẽ
Eccl.35. diligit deus. Et scriptura ante ipsum: In omni dato, hilarem

larem fac vultū, Et hoc eſt, quod Tobias ait, libenter eſ
ſe dandum. ¶ Subinſinuat aūt & iiſce verbis Tobi-
as rationes, ob quas danda eſt eleemoſyna, quarū eſt
¶ Prima, quod quēadmodū nos non auertimus faciē
noſtram a paupere per miſericordiā, ita nec deus ſuam
faciem tempore neceſſitatis à nobis auertet, ſed miſeri
cordiam præſtabit, beatus eñi miſericors, quoniā miſe
ricordiam conſequet à dño, qui potens eſt omnē gra-
tiam abundare facere in nobis, vt in omnibus ſemper
omnē ſufficientiā habentes, abundetis in omne opus Matt. 5.
bonū. Dicit enim & Chriſtus: Date & dabitur vobis. Lucæ 6.
¶ Secunda, quia eleemoſyna iuuabit in die neceſſitatis 2.Cor.9.
.ſ. mortis & extremi iudicij, eo quod dabuntur æter- 3.Re.17.
na pro temporalibus, & quidem in centuplo. Sola eñi 4.Re.4.
miſericordia eſt comes defunctorum, ad quos .ſ. miſeri-
cordes olim dicturus eſt iudex: Venite benedicti pa- Mat. 25.
tris mei, accipite regnū à condito mundo vobis à pa-
tre præparatū: Eſuriui enim, & dediſtis mihi mandu-
care. Hinc Propheta ait: Beatus, qui intelligit ſuper ege Pſal. 40.
num & pauperem, in die mala liberabit eum dñs: Et
dñs opem feret illi ſuper lectū doloris eius. Quare dñs
hortatur ad eleemoſynā, inquiens: Facite vobis ami- Lucæ 15.
cos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, reci-
piant vos in æterna tabernacula. ¶ Tertia, quoniam
per eleemoſynā liberamur à peccatis: & per conſequēs
à morte & loco tenebrarum. Vnde & Daniel ad Nabu-
chodonoſor ait: Quam ob rem, o rex, conſiliū meum Danie. 4
tibi placeat, & peccata tua eleemoſynis redime, & ini-
quitates tuas miſericordijs pauperum, forſitan ignoſcet
deus delictis tuis. Et hoc eſt, quod Tobias ait eleemo-
ſynam eſſe magnā fiduciam coram deo. ſ. illi, qui fecit
eleemoſynā, quia certo ſit victurus cum deo. Et alibi

Eccle.3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resi-
stit peccatis.

Periodus IIII.

Attende tibi fili mi ab oī fornicatiōe, & præter uxorē tuā nunq̄ patiaris crimē scire. Superbiam nunq̄ in tuo sensu aut in tuo uerbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.

¶ Hactenus de virtutibus & bonis operibus quæ præcipue respiciunt animū, nunc vero agit de ijs, quæ & corpus præcipue respiciunt, in quibus ¶ Primo, hortatur ad castitatē & munditiā, dehortans ab omi fornicatione. i. à fornicatione simplici & adulterio: quandoquidē honorabile debet esse connubiū in oībus,
Hebr.13. & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulte-
1.Cor.7. ros iudicabit deus. Et, idem alibi ait: Propter fornicationem aūt vnusquisq; suam vxorē habeat, & vnaquæq; suum virum habeat. ¶ Secundo dehortatur à superbia vel ideo, quoniā inde omnis perditio initium
Esaiæ 14 sumpserit. Propter enim superbiā Lucifer, qui altissi-
Gene.3. mo similis esse voluit, ad infernū detrusus est. Et primi parentes, quoniā superbi dijs similes fieri volebant, in hanc miseriæ vallem protrusi sunt. Hinc scriptura in-
Eccle. 10 quit: Odibilis coram deo est & hominibus superbia. Initium superbiæ hominis apostatare à deo, quoniam ab eo, qui fecit eum, recessit cor eius, quoniam initium omnis peccati, est superbia.

Periodus V.

Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, statim

ſtatim ei mercedē reſtitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne tu aliquando alteri facias. Panē tuū cum eſurientibus & egentibus comede, & de ueſtimentis tuis nudos tege. Panē tuum & uinū tuū ſuper ſepultura conſtitue, & noli ex eo mãducare & bibere cum peccatoribus.

¶ Quàm perfecta ſit Tobiæ doctrina ad filiū, ex ordine eius perſpicuū euadit. Primo eñ docuit, quō ille ſe habere debet ad deū, quē illi ſemper voluit in mente habendū, & ipſius præcepta, vt oīm maximi ſeruanda. Secundo, qualiter ad parentes, vt quos deberet verbis & factis honorare. Tertio, quō ad pauperes, vt quos ſua ſubſtantia ꝑ virili adiuuare deberet. Quarto, qualiter ad ſe ipſum, vt ſibi inter cætera peccata, caueret à fornicatione & ſuperbia tanq̄ à peccatis, homini maxime hic & alias perniciofis, vnde cætera peccata deſcē dunt oīa. Quinto, qualiter ſe habere debet ad ſubditos. ſ. ſibi ſeruientes, in quo dat vnicā doctrinā, ¶ quæ habet: Vt mercedē quā famuli vel mercenarij ſuis à nobis laboribus promeriti ſint, vltro & ſine mora perſoluamus. Accedit ſcriptura, dicens: Nō morabitur opus mercenarij tui apud te vſq; mane. Et habet doctrina duas exceptiōes, quarū eſt ¶ Prima, ſi modo poſſum⁹. Leuit. 19.
Ne eñ dicas, inquit alia ſcriptura, vade & reuertere, & cras dabo tibi, quum ſtatim poſſis dare. ¶ Secunda, Prou. 3.
niſi mercenarius non indigeret, & vellet potius mercedem apud nos tanquam depoſitam eſſe. Siquidem ait ſcriptura: Non negabis mercedem indigenti, &

Deut. 4. pauperi, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper ē, & ex eo sustentat animam suam. Alioqui temere merces à nobis nō est neq; neganda, neq; differenda, quandoquidē dignus est
Lucæ 10 mercenarius mercede sua. Quod si renuerimus, certe ait scriptura, reputetur nobis in peccatū, & clamabit contra nos ad dñm. ¶ Sexto, qualiter habere se debeat ad omnes hoīes tam viuentes q̃ mortuos, in quo dat tres doctrinas, quarū est ¶ Prima, vt non faciam' alijs, quod nobis fieri nolumus: id quod naturalis exigit iustitia Christo quoq; dicente: Oīa quæcunq; vul
Matt. 7. Lucæ 6. tis vt faciant vobis hoīes, & vos facite illis. ¶ Secunda, quoad viuentes quoq;, id est, vt in pauperes & egenos simus misericordes, ipsos pro posse alentes, nō vero diuites, qui per se habent. Hinc dñs ait: Cum facis
Lucæ 14 conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris. Sic Esaias inquit: Esurienti frange panē tu
Esaiæ 58 um. Id quod sanctus Iob diligenter fecit, inquiens: Si negaui pauperibus quod volebant, & oculos viduæ
Iob 31. expectare feci? Quandoquidē pleroſq; fecit dñs diuites, vt eleemosynis à pauperibus vitam æternā emant, & sunt diuites bonoꝝ dispensatores proprie, non possessores, ideoq; ea dispergere debent, & ipsoꝝ manebit iustitia in æternū. ¶ Tertia, vt super tumulo mortuo
Psal. 111. rum faciamus eleemosynas, vt sic animæ à pœna expiationis eruantur per opus misericordiæ nostræ. Siquidem catholica ecclesia plane credat defunctoꝝ animas posse adiuuari suffragijs (ceu sunt eleemosynæ, orationes, sacrificia &c.) Viuentiū q̃uis nō omnes, sed eas tantū, quæ hic compararunt dum vixerunt, & in loco expiationis detinentur. Id quod & Hebræi recte semperq; sibi persuasum habuere. Quibus accedit caput

put 12 lib. Machabæorũ, id est, vbi scribitur, quod post 2. Mac. 12
ꝙ compertũ fuerat Iudæ & socijs eius, eos, qui de suo exercitu in prælio ante cõmisso occubuerunt, iusto dei iudicio propterea corruisse, quoniã contra constitutionem legis sustulerant aliqua de donarijs idolorum inuenta (postꝙ cæsi fuerant) sub tunicis eorum, tum omnes Iudæ Machabæi milites superstites atq; incolumes deum rogarunt, vt delictorum obliuisceretur defunctorum. Atq; ipse Iudas grandẽ pecuniã misit Hierosolymã offerri pro peccatis mortuorum: vtpote vir cogitans, sanctum & salubre esse pro peccatis mortuorum orare, vt à peccatis soluant. Qua de re alibi plura diximus, nunc frustra repetenda. Quibus accedit Tobias vir ille sanctus, hic filio præcipiens, vt vinũ & panem constituat, super sepulturã iusti. Vnde tamen nõ commedat cum peccatoribus. i. vel palam improbis vel infidelibus: ne ex conuictu mores formentur peccatorum, quando massam corrumpat fermentũ. Gala. 5.
¶ Primo aũt male hic nõnulli occasionem cepere celebrandi parentalia (vt Ethnici factitarunt) vtpote qui cibaria super sepulchra mortuorum statuere, quasi mortui cibarijs corporalibus indigerent. ¶ Secundo errant vehementer, qui post mortem vel parentũ, vel filiorum, vel amicorum conuiuia celebrant, & aliquando nimis splendida & copiosa, quasi velint per ea prodesse & bene placere defunctis, quos sic crapulando maxime offendunt, quũ sic cõuiuãtes parum meminerit defunctorum sed bibendo edẽdoq; plus ꝙ superflue, grauiter peccãt. Arguendi vtiq; sunt, qui talia agunt, ꝙuis nõ negarim eiusmõi cõuiuiola posse fieri admodũ parca inter amicos, vt sic se mutuo solent, q plus iusto forte mœrẽt ex morte amici: vtcunq; longe recti⁹ & sanctius existimẽ,

quo ipsemet ait: Consiliũ meũ stabit, & oĩs voluntas mea fiet. Ideoq; bene dicit Tobias, omi tẽpore bñdic. Esa. 46.

Periodus VII.

Indico etiã tibi fili mi, dedisse me decẽ talenta argenti dũ infantulus esses, Gabelo in Rages ciuitate Medorũ, & chirographũ eius apud me habeo. Et ideo perquire, quo ad eũ peruenias & recipias ab eo supra memoratũ pondus argenti, & restituas ei chirographum suum.

¶ Hucusq; Tobias vt bonus testator & paulo post moriturus, filio suo bona animæ vt parti nobiliori preciosiora testatus est, iam vero bona fortunæ quib. corpus cõmode sustentat eidẽ legat: nimirũ pecunias, q̃s Gabelo mutuo dedit, inquiens: Indico etiã tibi fili mi. Qua de re supra q̃q; in primo capite disputauimus. Vñ collige ¶ Primo inprimis esse habendã curã de anima, & deinde de corpore: siquidẽ anima sit longe nobilior corpore, q̃d solũmõ est, vt accessoriũ animæ. Vnde Christus: Quam, inquit, hõ dabit cõmutationẽ ꝑ anima sua? Quid prodest hoi, si mundũ vniuersum lucraretur, animæ vero suæ detrimentũ pateret? Ideoq; idẽ pro anima primo vult laborandũ, dicens: Quærite primũ regnũ dei, & postea oĩa adijcient vobis. ¶ Secũdo esse testatoris, vt filijs & testamẽtarijs reuelet, quæ vel ipse solus nouit, ceu sunt debita & credita: nimirum ne ipso mortuo frustra fiant lites & iuramẽta, hocq; genus alia incommoda. ¶ Tertio, reddito debito restituendum esse chirographum, ne quid deinde aliud exigi possit, vt & leges cauent. Mat. 16. Matt. 6. Deut. 24

Perio-

Periodus VIII.

Noli timere fili mi, pauperem quidem uitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

¶ Conclusio est testamenti breuissima. In qua filio suo atq; nobis omnibus ipse Tobias proponit duo. Quorum est ¶ Primũ, vitam hic nostrã esse pauperẽ & miserijs plenam. Quod vsq; adeo verũ est, vt Iob il-
Iob 7. le sanctus dicere non dubitarit. Vitam hoĩs esse militi
Iob 14. am.i. tentationem super terram. Siquidem homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodem statu permanet. Sane in vita hoĩs nihil est stabile, nihilq; perpetuũ, nec gaudium solidũ, quod vel non misceatur mœrore: vel cuius
Prou. 14 extrema dolor nõ occupet. Atq; (vt Crates ait) Quod iter humanæ cupias insistere vitæ? Quoquo te vertas, oĩa plena malis. Litigijs causisq;, forum strepit vsq; molestis, Perpetua cruciat sollicitudo domi. Enecat assiduis rus triste laboribus: vndas Et freta si sulces, mille pericla premunt. Viuenti peregre, si res tibi suppetit ampla, Cuncta miser metues, nec bene tutus ages. Rursum si vacuæ pendebunt ære crumenæ, Vt durũ ac miserum est, hospitem egere virum. Coniugiũ sequeris, quanta hic te cura sequetur? Desolatus eris, si sine coniuge eris. Si tollis sobolem, multo educanda labore est. Non vales, orbi lumine vita vacat. Si iuuenis fueris, vaga & inconsulta iuuenta est. Viribus effœta est cana senecta suis. Ergõ quid reliquũ est, quæso, nisi sanus

nus vt optes Non vixisse &c. Hæc ille. ¶ Quibus adde, quot curis, quot solicitudinibus, quot mœroribus, quot morbis, quot periculis, quot insidijs à mundo, à diabolo, à carne, ab hoīe deniq; ipse homo obnoxius est, vel à puero vsq; ad finē vitæ. Id quod infans adhuc ex vtero procedens prædicit eiulans vel à vel Be, vipote dolorum voces & gemitus. Cuius nec momētū est certum de certa lætitia. Quid quod ne prospera quidē in hac vita vere sint læta? quoniā etsi prospera desideramus, in ipsis tamen aduersa timemus. Quam sane miseriam vitæ humanæ Ethnici olim considerantes dixerunt, non nasci optimum esse, vel q̄ ocyssime aboleri. Pli. li. 7. in plogo. Quid quod tota nostra vita deberet nos terrere? qm̄ diligenter discussa, apparet aut peccatū aut sterilitas, & si quid fructus in ea videtur, sic est aut simulatū aut imperfectum, aut aliquo modo corruptū, vt possit aut nō placere, aut displicere nobis. Et hoc est, quod Ecclesiastes ait: Et laudaui magis mortuos q̄ viuentes, & feliciorem vtroq; iudicaui, qui necdum natus est, nec vidit mala, quæ sub sole fiunt. Eccls. 4. Quid ergo faciundū, ne tanta nobis miseria etiam in æternum sit nocitura? Et hoc est, quod docet hic Tobias. ¶ Secundū, vt timeamus deum, idest, filiali timore erga deum declinemus à malo & faciamus bonum, quæ est perfecta iustitia: timentes eīn deum, habebimus multa bona. s. in futuro seculo. Quæ bona? quæ, inquiunt Esaias & Paulus, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascēderunt. Esa. 64. 1. Cor. 2. 6. Quæ nimirū tanta erunt, vt, teste Apostolo, huius temporis passiones & miseriæ, ad ea non sint condignæ. Rom. 8. Hinc recte Propheta exclamat, inquiens: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dn̄e, quā abscondisti timentibus te, Psal. 30. quibus non est inopia nec omni bono Psal. 33.

minu-

minuent. ¶Non est igitur q̃d in huius mũdi miserijs vel murmuremus vel deficiamus, imo cogitemus & curemus, vt timeamus deũ, qui nobis oẽs hasce miserias in bona cooperabit, qui iuxta est ijs, qui tribulato sunt corde. Meminerimus nos haud aliter hoc in mũdo posse viuere, qui ea nati sumus cõditione, vt hic peregrini patiamur, vt per passionem in gloriã ingrediamur. Deponẽtes igitur, inquit Paulus, oẽe pondus & circunstans nos peccatũ, per pœnitentiã curramus ad propositũ nobis certamẽ, adspicientes in authorem fidei & consummatorẽ Iesum, qui pposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atq; in dextera sedis dei sedet. Hæc hactenus de moralibus & pijs virtutibus ex Tobia, iam deinde videamus quæ inibi sint mysteria.

Lucæ 24
Acto. 14
Hebr. 12.

Caput quintum.

TVnc respondit Tobias patri suo, & dixit: Omnia quæcunq; præcepisti mihi, faciam pater. Quomodo autem pecuniam hanc inquiram, ignoro. Ille me nescit, & ego eum ignoro. Quod signum dabo ei? Sed neq; uiam, per quam pergatur illuc, aliquando cognoui. Tunc pater illi respondit, & dixit: Chirographum quidem illius apud me habeo, quod dum illi ostenderis statim restituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem uirum, qui eat tecum, salua mercede sua, dum adhuc uiuo, ut re-

cipias

cipias eam.

¶ Quæ Tobias senior in suo perinde testamẽto legauerit & cõmiserit filio, nõ paucis audiuimus, & quidẽ inter cætera, vt perquireret, quõ sit peruenturus ad Gabelũ, ab eo mutuum argentum recepturus. Nunc vero audimus, quomodo post commissa filius patri respondit. Vnde docemur ¶ Primo, vt nulli nisi sermonem finienti, & nisi ad interrogata respondeamus, id quod maxime filios decet cum loquuntur senioribus. Vnde scriptura: Qui prius, inquit, respondet q̃ audiat, stultum se demonstrat esse, & confusione dignũ. Pro. 18.
¶ Secundo, vt iuniores & filij, senioribus & patribus, non modo modeste respondeant, sed & eis in omnibus licitis pareant, quasi prudentioribus. Vnde Paulus: Filij, inquit, obedite parentibus vestris in domino. Ephe. 6. Colos. 3.
Et scriptura: Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Leui. 19. Hinc Tobias iunior præ se fert indolem boni pueri, quũ promittit se oĩa facturum, nihil de pecunia curans, sic etiamnum boni pueri magis debent virtutum q̃ rerum temporalium esse studiosi.
¶ Tertio, vt filij se bonis comitibus in conuersando coniungant, à malis proinde cauentes, memores non parum referre, quo quis vtatur consortio, quandoquidem dicit Propheta: Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: Et cum peruerso peruerteris. Psal. 17. Hinc Apostolus hortatur, dicens. Denunciamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem nostram. 2. Tess. 3. Proinde Tobias filium monet, vt sibi quærat comitem, virum scilicet fidelem.

Cap.

Capitis V. Periodus I.

TVnc egressus Tobias inuenit iuuenem splendidum, stantem præcinctum & quasi paratum ad ambulandũ. Et ignorans, quod angelus dei esset, salutauit eum, & dixit. Vnde te habemus bone iuuenis? At ille respondit: Ex filijs Israel. Et Tobias dixit ei: Nosti uiam, quæ ducit in regionem Medorum? Cui respondit: Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui: & mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Egbathanis.

¶ Quandoquidẽ duo iusserat pater, vt. s. filius chirographum secum reciperet, atq; fidelem sibi comitem quæreret. Quorũ postremũ filius exequutus est, ac inuenit angelum specie humana exornatum, qui ex filijs Israel fuit, gnarus viarum & promptus seruire. Vnde colligimus ¶ Primoq̃ feliciter succedat filijs, qui deũ timent & parentibus obediunt. Siquidem scriptura dicat: Honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à deo, Id quod vsu venit filio Tobiæ, qui vtiq; in hoc à deo benedictus fuit, quod sui itineris ex insperato angelum inuenerit comitem, ab omni anxietate & cura liberat⁹. Sic quoniã Isaac filius patri Abrahamo paruerat, meruit ab holocausto liberari, atq; in eius locum arietem inuenire. ¶ Secundo angelos esse hominum ministros Apostolo dicente: Nonne omnes sunt admi-

Eccle. 3. Gene. 22. Hebræ. 1

administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatẽ capiunt salutis? Sic scriptura ad vnũ quemq; iustũ ait: Angelis suis mandauit de te, vt custo diant te in om̃ibus vijs tuis. Sic angelus in eundo, Tobiæ ministrauit, ne erraret, aut quoq̃ mõ offensus sit. Psal. 90.

¶ Tertio angelos esse filios Israel, nõ carne sed spiritu: quandoquidẽ Israel interpretetur, videns deũ, nõ absurdum erit, quod angeli sint ac dicantur filij Israel, q̃ deum vident, Christo dicente: Dico eñ vobis, quia an geli eorum in cælis semper vident faciem patris mei, q̃ in cælis est. Vocat aũt hoc loco angelus Gabelũ fratrẽ suum, ob eximiam charitatẽ, qua angeli hominibus iu stis coniunguñt & cohabitant. Boni eñ æquales ange lis & cohæredes & conciues sunt futuri. Vnde apud Abraham hospitati sunt angeli. Apud Loth quoque. Quantũ vero angeli hoĩes ament, ex eo intelligimus, quod dñs ait: Dico vobis, quod ita gaudiũ erit in cælo super vno peccatore coram angelis dei &c. Hinc monemur eos & venerari & reuereri. Matt. 18. Gene. 18. Gene. 19 Lucæ 15.

Periodus II.

Cui Tobias ait: Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nunciem patri meo. Tunc ingressus Tobias indicauit uniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit, ut introiret ad eum. Ingressus itaq; salutauit eum, & dixit: Gaudiũ sit tibi semper. & ait Tobias: Quale gaudiũ mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumẽ cæli non uideo? Cui ait iuuenis: Forti esto animo, In proxi

mo est, ut à deo cureris.

¶ In iis verbis ponitur angeli inducti cum Tobia se niore colloquiũ. Vnde colligitur ¶ Primo, filium oĩa ex patris consilio, non ex capite suo facere debere, tan-
Eccle. 32 q̃ senioris & fidelioris. Hinc scriptura: Fili sine consi-lio nihil facias, & post factũ non pœnitebis. Et præser tim nihil faciendum est sine consilio patris tanq̃ senio
Eccl. 25. ris: In quo vtiq; (natura comparante) est iudiciũ & cõ silium, sapientia & peritia. Sic Tobias filius, à patre cœ pit consilium. ¶ Secundo, vt eos, quos conuenimus, libenter & amice salutem⁹. i. eis bona precemur. Hinc
Eccle. 23 scriptura ait: Amicum salutare non confundaris. Et
Mat. 10. Christus ad discipulos: Intrantes, inquit in domum, sa
1.Cor. 16 lutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et Apostolus: Sa lutate, ait, inuicem osculo sancto. Sic angelus salutauit Tobiam, dicens: Gaudiũ sit tibi semper. Quod vero re petit Tobias, Quale gaudiũ mihi erit? nõ loquitur vt impatiens, qui patientissimus erat, sed vt contemnens gaudiũ vitæ præsentis, & sperans gaudium futuræ. Et quæsiuit perinde de mõ gaudij, veluti Maria rogabat:
Lucæ. 2. Quõ fiet istud? ¶ Tertio, vt solemur male habentes, ipsos ad animi fortitudinẽ hortãtes: Id quod Christus
Matt. 25 inter opera misericordiæ recenset, quod aliquando est remuneraturus, Hinc Paulus, Cõsolamini, ait, pusilla
1.Tess. 5. nimes. Sic dicit angelus Tobiæ: Forti animo esto &c.

Periodus III.

Dixit itaq; illi Tobias: Nunquid poteris perducere filiũ meũ ad Gabelũ in ciuitatẽ Rages Medorũ? & cũ redieris, restituã tibi mercedẽ tuã, Et dixit ei angelus, Ego ducã

& re-

& reducã eum ad te. Cui Tobias respondit: Rogo te indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael angelus dixit: Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenariũ, qui cum filio tuo eat? Sed ne forte sollicitum te reddã, ego sum Azarias Ananiæ magni filius. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris, quod uoluerim cognoscere genus tuũ. Dixit aũt illi angelus: Ego sanum ducam, & sanũ tibi reducã filium tuũ. Respondẽs aũt Tobias ait: Bene ambuletis, & sit dñs in itinere uestro, & angelus eius comitetur uobiscum.

¶ Posita angeli salutatione & consolatione, qua cõsolatus est seniorem Tobiam, vt forti esset animo, qm̃ breui deus ipsum esset liberaturus, quandoquidẽ ille prope esse soleat corde tribulatis, qui & pauperum pa- Psal. 33. tientiam perire in finẽ haud finit. Iam sequitur inter- Psal. 9. rogatio Tobiæ ab angelo, dicens: Nunquid poteris & cætera. Vnde ¶ Primo colligimus mercedem post laborem non antea deberi. Sic alias procurator domini sero facto, laboreq; finito, vocat operarios, & dat eis mercedem. Et sic mercenarius & operarius Mat. 20. est mercede dignus. Operatus autem tum dicitur, quando perfecit opus. Id quod nedum quo ad homines solum, sed quo ad deum simul accipitur. Siquidem deus vere vult remunerare eos, qui perfecerunt

 laborẽ,

laborē, quamq̄ ex inimia sua bonitate aliquoties ante
Eccle. 51 laborem dat. Hinc scriptura. Operamini, inquit, opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestrā in tempore suo. Itaq; iniuste conqueruntur pauperes contra deum de diuitibus malis, quod illis hic deus omnia videatur ad votum largiri, ipsi vero egeant: ac sit
Luc,16 proinde deus iudex iniquus: Siquidē illis occurrere debuerit historia de epulone diuite & Lazaro paupere, quomodo post obitū hic erat in sinu Abrahæ, requiē habens: ille vero in supplicijs. Vnde q̄ omnino maneāt meritorum aut præmia aut supplicia? Et recte nimirū post mortem pauperibus & operantibus vera venit merces, quoniam nemo coronatur, nisi qui legitime
2. Tim. 2 prius certauerit. Hinc pulchre Apl'us: Certamen, in-
2, Co. 10 quit, bonum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, quod reliquum, reposita est mihi corona iustitię, quā reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius. In illa, inquit, die reddet, non hic. Siquidem hic est in angustijs, periculis, aduersatibus, ieiunijs &c.
Mat. 5 laborandum, alibi vero merces recipienda. Hinc Christus, Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælo, futuram non præsentem, in cælo non in terra mercedem promittit esse reddendam. Sic Tobias ait. Et cum redieris, restituam tibi mercedem.

¶ Secundo col. de genere alicuius non admodum, sed de moribus esse quærendum, quum parum vel nihil referat, quoquis sit genere natus, sed quibus sit moribus. Siquidem ille vere sit nobilis & generosus, qui habeat virtutem, quæ vel sola nobilitat, ac vnde omnis profecta est primū nobilitas. Vn̄ angelus increpās ait: Gen' quęris mercenarij: q. d. potius de eius fide & integritate de

te deberes quærere. Qui tñ dicit se esse Azariã, Ananiæ magni filiũ. Id quod accipias oportet figuratiue: qñqui dem Azarias sit dei adiutor, quales sunt angeli, quoniã deus per eorum mysterium cooperetur salutẽ electorum, quum sint administratorij spiritus missi in mini sterium eorum, qui hæreditatem salutis capiunt, quo modo Paulus nominat prædicatores, dei adiutores, quia prædicando salutem populi, deo duce & authore, cooperentur. Insuper inquit angelus se esse filium Ananiæ, id est, gratiæ dei. s. consummatæ, quæ est dei gloria, cuius filij sunt omnes angeli, quia faciem patris quæ est vera gloria dei, vident in cælis, de qua propheta. Satiabor quum apparuerit gloria tua, quæ est gratia consummata. Ipse vero Tobias non ita intellexit, sed putãs eum esse de tribu aliqua magna, alicuius magni viri, quum essent plures tribus in Israel, non tamẽ ab angelo est deceptus, immo intentum suum melius habuit ex quo nactus est angelum. Concludit itaq; angelus dicens. Ego eum ducam saluum & reducã &c. In quo videtur male loqui sine conditione, quum Iacobus dicat, in huiusmodi casibus cum cõditione esse dicendum. Si dominus voluerit. Et si vixerimus. Non autem: Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur & lucrum faciemus, qui ignoratis, quid erit in crastinum. Respondeo angelum hic & si non actu, tamen habitu intellexisse conditionem. Preterea ipsum fuisse certum de domini voluntate, quum angeli sciunt, nõ autẽ homines. Optat proinde Tobias abeuntibus fortunam, dicens. Bene ambuletis &c. vnde emanauit cõsuetudo optãdi bona recedẽtibus, quę alias dicitur benedictio, quẽadmodũ Christus in cœlũ ascẽdẽs suis benedixit.

Heb. 1 | 1. Cor. 3 | Mat. 18 | Psal. 16 | Iacob. 4 | Luc. 24 | Acto. 1

Periodus IIII.

Tunc paratis omnibus quæ erant in uia portanda, dixit Tobias uale patri suo & matri suæ, & ambulauerunt ambo simul. Cũq; profecti essent, cœpit mater eius flere & dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis. Nunq̃ fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum. Sufficiebat nobis paupertas nostra, ut diuitias cõputaremus hoc, quod uidebamus filiũ nostrũ. Dixitq; ei Tobias: Noli flere, Saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui uidebunt illũ. Credo enim quod angelus dei bonus, comitetur ei, & bene disponet omnia; quæ circa eum geruntur, ita ut omni gaudio reuertatur ad nos. Ad hãc uocem cessauit mater eius flere, & tacuit.

¶ Postq̃ pater filio, eiusq; comiti, qui angelus fuit, precatus esset felicitatẽ in itinere perficiendo, tandem simul discesserunt: quorum discessus hic describitur. In qua quidem descriptione ¶ Primo coll. quemadmodum veteris est & pij moris, vt discedentibus benedicatur, ita pij quoq; est moris vt discedentes, manentibus valedicant. Ita Paulus ex Epheso in Macedoniam discessurus, discipulis remanentibus valedixit, inquiẽs:
Actu. 20 Et nunc commendo vos deo, & verbo gratiæ ipsius. Quem morem & Tobias seruauit, nobis quoq; eundẽ seruandum subindicans. ¶ Secundo coll. ingentem & adeo

adeo tantam esse parentũ erga filios pietatem & adfectionem, vt in eis toti sint, atq; eos præ nimia charitate suas sibi diuitias cõputent, vt satis impatientia matris Tobiæ arguit. Atq; profecto tantus est amor parentũ in filios suos probos, vt filios plusq̃ se diligant. Vnde fit, vt nullo arctiore vinculo homo homini iungitur, nullo minus solubili nexu, q̃ eo, quo parentes liberis. Multa volumus patriæ debere, multa parentibus, multa demũ multis, sed filiorũ causa oĩa volumus, per ferrum per flammas itur intrepide, si filiorũ charitas postulet, nullius incolumitas homini suauior, nullum funus acerbius, magisq; luctuosum. ¶ Vnum ex filijs amissum, multos annos luxit Israel, nec prius diuturnum luctũ abstersit, q̃ ex insperato repertus est. Cuius videndi studio patriam & domesticos lares reliquit, migrauitq; cum tota domo in Aegyptum C. & XX. annos & amplius natus. Hunc ipsum quoq; Israelem ætate florentem duas Labanis filias, quæ illi nupserãt, partemq; armentorũ multo maximã clam secum abducentem socer assequutus, adfecisset haud dubie extremo supplicio tam meritũ q̃ vltioni obnoxiũ, nisi filiarum lachrymæ intercessissent. Quæ apud Labanem tanti fuere, vt vbi pœna fuerat exigũda, ictũ sit fœdus, vt q inimicus & vltor venerat, pater iñ & socer abeesse rit. Deiecit Absolon patrem regio solio, deiectũ hostiliter insectatus est. Cæterũ prælio victũ interfectũq;, media fuga tam dolẽter fleuit pater, efflictimq; lamẽtatus est, vt fletus magnę illi inuidię fuerit apud exercitũ, maiori adhuc futurus, nisi amicorũ admonitu lachrymis simulatũ gaudiũ miscuisset. Habet exẽpli instar & pondus ingens, imaginarius ille paterfamilias euãgelicus, qui prodigũ filium peregre reuersum, non modo non

Gene. 45 & 46.

Gene. 31.

2. Re. 16.

Lucæ 15.

auersatus est, sed semiuiuum & inedia confectũ nuptiali veste texit, festisq; accepit epulis. Sed quorsum hoc? Vtiq; vt intelligamus ineffabilem parentũ erga filios charitatẽ. ¶ Id quod vel ab Ethnicis animaduersum est, qui edictum, quod metus causa &c, æque ad parentes pertinere voluerint. Nihil arbitrantes referre, in se quis veritus sit an in liberis suis, quum pro adfectu parentes magis in liberis terreantur. Quorũ deniq; charitas nimia vel inde elucescit, quod non sic parentibus liberorum, vt liberis parentũ debetur hæreditas, quũ parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit: liberos naturæ simul & parentũ cõmune votum. Debetur eñ parentũ hæreditas filijs ob votum parentũ & naturalem erga filios charitatem, turbato non ordine mortalitatis nõ minus parentibus q̃ liberis pie relinqui debet. Votũ parentũ est, vt liberi succedant, & vt eis acquirant. ¶ Quia vero tanta sit charitas parentũ erga filios, tantaq; beneficentia, profecto natura expostulat, vt & filij ediuerso parentibus vices reddant, Apostolo dicente: Discant filij mutuã vicem reddere parentibus. Hoc eñ acceptũ est coram deo. Sed quid debent filij parentibus? Nimirum debent ipsis esse baculũ senectutis. i. debent ipsis tria, quæ in baculo designantur, propter tria maxima bona, quæ filij à parentibus receperunt. s. esse, nutrimentũ & doctrina. ¶ Primo baculus est honoris, ad significandũ, quod filij debent honorare parentes, ipsos diligendo & timẽdo offensam eorũ: ex amore ipsis adsurgendo & caput inclinando, verbis consolando nõ exasperando, iuxta scripturã dicentem: Fili suscipe senectã patris tui, & ne contristes eum in vita tua. Et si defecerit sensu, veniam da. Et est maledictus à deo, qui exasperat matrẽ. ¶ Secun

L. isti quidem. §. Hec quæ. ff. Quod me.

L. Scripto §. fi. ff. unde liberi.

L. fi. ff. de bonis damna.

1. Tim. 5.

Eccl. 3.

¶Secundo baculus est sustentaculum ad innuendũ, q̃d filij parentes, vbi indiguerit, sustentare .i. victu & alimento conseruare debent. Id quod filij Israel parentibus diligenter exhibuere, exemplo pullorũ ciconiarũ, qui tantisper parentes suos senio confectos fouent, quantisper ipsi ab eis suscepti fuere. Quod vsq; adeo filios exhibere parentibus voluit Christus, vt etiam pharisæos reprehenderet, quod à filijs reciperent in munus templi, vnde debebant parentes sustentari, qui alioqui fame laborabant. ¶Tertio baculus est defensionis, argumento, quod filij debent parentes defendere ab inimicis & eorum iniurijs. Et hactenus de honore parentibus à filijs exhibendo. Quod vero hic Tobias solatur vxorem, ne plus æquo defleat ob discessum filij, documẽtũ præbet filijs parentes non nimiũ indulgeant, nec penes se semper contineant, sed dent vt externas inuisent nationes, vnde prudentia nascitur & doctrina. Qui em̃ nunq̃ exijt, nunq̃ est reuersus. Sic peregre profecti sunt Moses, Abraham, Iacob, & Ioseph, alijq; q̃plurimi, ac inde facti nõ parua authoritate viri.

Gene. 42

Matt. 15.

L. Sed et ex persone, L. Pomponius. ff. de procuratoribus.

Caput sextum.

PRofectus est autem Tobias, & canis sequutus est eum, & mansit prima mansione iuxta fluuium Tigris. Et exiuit ut lauaret pedes suos. Et ecce piscis immanis exiuit ad deuorandũ eum. Quem expauescens Tobias, clamauit uoce magna, dicens: Dñe inuadit me. Et dixit ei angelus: Apprehende brãchiã eius, & trahe eum ad te. Quod

quum fecisset, attraxit eum in siccũ, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus: Exentera hunc piscẽ, & cor eius & fel & iecur repone tibi. Sunt enim hæc necessaria ad medicamenta utiliter. Quod quum fecisset, adsauit carnes eius, & secum sustulerunt in uia, cætera salierunt, quæ sufficerẽt eis, quousq; peruenirent in Rages ciuitatẽ Medorum.

¶ Capite precedẽti, quõ à parentibus discesserit vnà cum angelo iunior Tobias audiuimus. In huius vero capitis initio, pceſſum ipsius viæ audiemus. Siquidem ait textus: Profectus est aũt Tob. &c. In q̃ colligimus

¶ Primo cõmunẽ peregre pficiscentiũ morẽ, qui est, vt plerũq; canẽ, si quẽ habent, comitẽ recipiunt, q ipsis sit loco agentis cõtra insidias inimicorũ vigilias & excubias, ne eis quid mali inopinati per fures, latrones, raptores, hocq; genus insidiatores accidat, quorũ canis fideliter latratu suo admonere solet. Nec eñ est, ait Columella, cane famulus amãtior dñi, nec fidelior comes, nec custos incorruptior, nec excubitor vigilantior, nec vltor aut vindex cõstantior. Siquidẽ Pli. quoq; scribit, canẽ alias pugnasse aduersum latrones p dño, confectumq; plagis à corpore nõ recessisse: volucres & feras abigentem, Solosq; dicit canes dñm nosse, & ignotum q̃q;, si repente veniat, intelligere, solos noĩa sua, solos vocẽ domesticã agnoscere. Itinera q̃uis lõga meminisse, Nec vlli præter hoĩem memoriã maiorẽ, atq; summe fideles esse. Vnde Vergilius ad vnũquẽq; rusticum. Nec tibi cura canũ fuerit postrema. Pasce sero pingui, nunq̃ custodibus illis Nocturnũ stabulis furẽ, incursusq;

Col. li. 8. Pli. lib. 8. c. 40. Virg. lib. 3. Geor.

fusćq luporũ, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos &c. Hinc & canis dicitur fuisse sequutus Tobiã, vtique quasi custos, q̃q̃ scriptura idipsum videtur pro veritate historiæ adiecisse. ¶ Deinde dicit contextus ipsum Tobiã prima die mansisse prope Tigrim fluuiũ, scriptura teste, de paradiso exeuntẽ, velocissime fluentẽ, hinc à Tigride, velocissimo animali, appellatũ, pergentẽq; cõtra Assyrios & post multos circuitus in mare rubrũ Gene.2.
defluentẽ. Ad quẽ exiuit Tobias. s. è domo, vbi quũ angelo hospitabatũ, vt lauaret pedes suos. Vtiq; more peregrinantiũ, qui lotiõe pedũ sero fatigationẽ leuãt cõtra laborẽ itineris. Hinc sancti illi hoĩes in opus misericordiæ peregrinis lauare pedes solebãt, Abraham em̃, quũ in valle Mambre apud patriã tres videret viros, Gene.18.
eis ex ostio tabernaculi sui obuiã occurrit, dicẽs: Dñe si inueni gr̃am in oculis tuis, ne trãseas seruũ tuũ, sed afferã pauxillũ aquę, & lauentur pedes vr̃i, & requiescite sub arbore. Et Loth q̃q; ad angelos ceu peregrinos ad Gene.19.
Sodomã veniẽtes aiebat: Obsecro dñe, declinate in domũ pueri vr̃i, & manete ibi: Lauate pedes vr̃os, & mane ꝓficiscemini in viã vestrã. Ideoq; Paulus in ministe 1.Tim.5.
riũ Christianoꝝ ait, eligi debere viduã, senio cõfectã, q̃ sc̃tõꝝ pedes lauit. i. q̃ opus misericordię in peregrinos sc̃tõs, lauãdo eoꝝ pedes, exercuit. ¶ Postremo narrat textus bñficiũ ab angelo collatũ Tobię, vtpote q̃d hũc à pisce immani non mõ liberauerit, sed vtilitatẽ capere ex eo docuerit, nimiꝝ q illis fuerit partĩ in cibũ, partim in medicinas, queadmodũ in sequẽtib. dicturi sumus. *Hic* vnũ dũtaxat notandũ velim, deũ eis, q in ip̃m confidũt, mirabilit̃ plerũq; & repẽte ꝓuidere, q ex nihilo suos poterit sustẽtare, queadmodũ fideli Helię p coruũ 3.Re.17.
panes deferri ꝓcurauit, à q̃ & is mirabilit̃ est enutrit⁹.

Proin-

Proinde nemo tam tribulatus, nemo tam derelictus & inops, qui de diuina prouidentia & misericordia possit aut debeat desperare: memor esse debet vnusquisque eius, quod Dauid in summis tribulationibus dixit.
Psal. 70. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ, iterum reduxisti me. Sic deus per angelum Tobiæ subuenit
Rom. 8. per piscem, vnde ille putabat se periturum. Adeo timentibus deum, omnia cooperantur in bonum.

CAP VI. Periodus I.

Tunc interrogauit Tobias angelum, & dixit ei: Obsecro te Azaria frater, ut dicas mihi, quod remediũ habebunt ista, quæ de pisce seruare iussisti? Et respondens angelus dixit ei: Cordis eius particulã si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorũ, siue à uiro, siue à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos. Et fel ualet ad ungendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur.

¶ Iusserat angelus, vt Tobias piscem immanẽ exenteraret, ac inde singulariter reciperet, & cõseruaret in necessaria medicamina, cor, fel, & iecur. Ipse vero tantæ rei cognoscendæ cupidus erat ex angelo, in quam medelam vtilia sint, quæ ipse seruari iussisset, dicens: Obsecro te Azaria frater &c. Cui respondet angelus, dicens: Cordis eius particulã. ¶ Quo in loco dubitari nequit, quin fel, iuxta literam, oculis medendis profuerit, vtpote, quod recte & iuxta viam naturæ res corpo-

corporalis suo effectu in rem corporalē operari possit, quemadmodū sigillū in ceram, & emplastrū in vulnus, quemadmodū Esaias olim vlcus & vulnus Ezechiæ regis massa de ficis apposita curauit. 4.Re.20 Esaie 38.
¶ Sed hic quæstio subdifficilis oritur, quō fumus de corde piscis dæmonia eijcere potuerit, quum iuxta philosophorum & nostræ religionis placita constet, dæmonia esse de natura angelica, & sic incorporea, & in quibus naturalia remanserunt, quāuis per malitiam deprauata, quomodo proinde in ipsa incorporea & plane spiritualia res corporalis & sensibilis operari queat? Et quō dicitur hic dæmoniū depulsum iri fumo cordis & iecoris? Et alias quoque dicit scriptura, spiritū malū à Saule recessisse per melodiā citharæ Dauid, & sic rem corpoream fecisse impressionē in rem plane spiritualem. 1.Reg.16
Respondendū puto, fumum istū non repulisse dæmonium, sed figurasse eius depulsionē oratione ex corde deuota, quemadmodū facta angeli circa Tobiam fuerunt in multis figuratiua. Atque ideo fumus ille ex igne procedens, significat virtutē Tobiæ & Saræ orationis, qua, Christo teste, dæmonia expelli solent, cuius merito angelus Raphael expulit dæmonē à Sara, vnde in cap. viij. non dicitur fumū expulisse dæmonē, sed angelum apprehendisse ipsum & relegasse ad superiora Aegypti. Per fumū vero incensi significari orationem, vel ex dicto constat prophetæ dicentis: Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo. Et in Apocalypsi scribitur, angelū venisse & stetisse ante altare, habens thuribulū aureum, & data illi esse incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omniū super altare aureum, quod est ante thronū dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli, Mat.17. Psal. 140 Apoca.8
coram

Tobias, & dixit: Audio, quia tradita est septem uiris, & mortui sunt, sed & hoc audiui, quia dæmonium occidit eos. Timeo ergo ne forte & mihi hæc eueniant, & cum sim unicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos.

¶Instructo de medicaminibus fellis & cordis piscis Tobia, iam deinde quid vltra factum sit inter angelum & Tobiam, describitur. Atq; inprimis Tobias ab angelo instruitur de vxore ducenda, dicens: Est igitur hic &c. Ex quibus coll. ¶Primo olim licuisse contrahere matrimonium ex eadem tribu, Mose ex domini præcepto dicente: Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient. Sic Abraham Sarai, filiam fratris sui sororem, videlicet Loth vxorem, duxit. Isaac Rebeccam in coniugem accepit, quæ erat filia consobrini matris suæ. Iacob duas sorores Liam videlicet & Rachel, filias Labam auunculi sui sibi matrimonio sotiauit. Atque huius præcepti ratio fuit ¶Prima necessitatis, quoniam quum vnus ab initio vir atque vna ex latere eius mulier à deo formaretur, necessario sorores fratribus computabantur. Fieri ergo tum debuit, quod potuit. ¶Secunda ne fierent idololatræ, si qui veri dei cultores iungerentur tribui non fideli, quemadmodum olim omnibus idololatria fœdatis, sola familia Heber in cultu vnius dei remansit. Hinc noluit alias dominus filios Israel ducere vxores Chananæas, ne facerent eos recedere

Num. 36
Gene. 11.
Gene. 24
Gene. 29

copulata cōtra domini Apostoliq; preceptum, aut reatum dissidij aut crimen fornicationis incurrat, cuius videlicet peccati malum in eam redundare cōstat, qui eā coniunxit inuitam, quod pari tenore de viro est sentiēdum. Ideoq; vbi non est consensus vtriusq;, ibi coniugium non est. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis & ediuerso nihil faciunt, nisi vterq; puerorum postq̄ venerint ad annos discretionis consentiant, nec est cōiugium nisi sit consensus vtriusq;, etiam si pater & mater hoc fecerint & voluerint: ipse autem consensus cōfirmatur per sequentem copulā adeo, vt teneat deinde matrimonium indissolubiliter, nec possit dissolui, quasi contractum contra alterius voluntatē, quippe quod inibi coacta voluntas sit voluntas. ¶ Tertio contracturum suam edicere debere vel aliquo modo patefacere voluntatem, seq; (si nolit contrahere) nolle contrahere aperto ostendere: quandoquidem si tacuerit, habebitur pro consentiente. Ideoq; sibi imputetur culpa, si res male sit cessura. Et hoc est, q Tobias euidenter suam exprimit voluntatem, allegans obstacula, quibus renuit ducere Saram &c. ¶ Quarto filios non debere contristare parentes, veluti nuper ostendimus.

30. q. 2. c Vbi nō est

L. ante penul. ff. Metus causa.

L. In adoptionibus. C. de adop. L. 2. §. uoluntatis. ff. Soluto ma.

Periodus III.

Tunc angelus Raphael dixit ei: Audi me & ostēdam tibi, qui sunt, quibus potest praeualere, daemonium. Hi namque, quoniam coniugium ita suscipiunt, ut deum à se & á sua mente excutiant, & suae libidini ita uacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem super eos daemonium.

nium. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationibus uacabis cum ea. Ipsa autem nocte, incenso iecore piscis fugabitur dæmonium. Secunda uero nocte in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris. Tertia autem nocte benedictionem cōsequeris, ut filij ex uobis procreentur incolumes. Transacta autem tertia nocte accipies uirginem cum timore domini, amore filiorum magis q̃ libidinis ductus, ut in semine Abrahæ benedictionem in filijs consequaris.

¶ In præcedentibus angelus non modo Tobiam sed & omnes docuit, qui contrahere volunt matrimonium. Primo eos debere esse eiusdem animi in contrahendo, nec diffidere, quorum vnum est corpus, nec aliquem eorum per parentes cogi ad contrahendum, ne malum, quod in coniugio fieri possit, in eos sit redundaturum. Secundo, vt contrahentes contrahant de honestate cum consensu parentum, à quibus petenda est vxor, ne alioqui clandestina fiãt coniugia ab eccl̃ia recte prohibita. Tertio, vt contrahentes exprimant suam volūtatem, vt si alteri alter copulari nolit, causam cum honestate recenseat, quemadmodum Tobias fecit: qui impedimentum & obstaculū, quod fore timet, aperto subindicat. Cui angelus contra eiusmodi impedimentum consulit, dicens: Audi me &c̃. Ex quibus sane verbis duo colliguntur, ob quæ potissimū contrahi debet

debet matrimonium, quorum est. ¶ Primum, vt sic fornicatio, quæ semper morti obnoxia est, vitetur ab eo, qui fortassis sine coniugio continere non possit. Id quod Apostolus euidenter probat, inquiens. Propter fornicationem autem vnusquisq; suam vxorē habeat, 1.Cor.7
& vnaquęq; suum virum. In coniugali enim vinculo si pudicitia corporalis non obseruatur, damnatio non 17.q.1 c
timetur, quæ alias semper timenda est. Inibi itaq; con- nuptiarū.
trahentes caueant, ne ex quadam salacitate ad explendam libidinem non ex necessitate infirmitatis contra hant atq; sine aliquo bono desiderio, veluti equus & Psal.31
mulus, quorum summa est omnium animalium ad libidinem rabies, qui non ratione sed perturbationū im petu ad libidinis illecebras ruunt, quibus non inest bo norum malorumq; discretio. Ad horum autem similitudinem nō agere debent coniuges, qui alioqui deum à se sint excussuri, vnde tandem quid gaudij, quid boni apud illos remanere possit, facile mentis compos acci pit. Siquidem prima institutio coniugij in paradiso facta sit, vt esset, Apostolo teste, immaculatus thorus & Heb.13
honorabile coniugium, vnde sine ardore concupiscētiæ conciperent, sine dolore parerent. Secunda propter illicitum motum eliminandum extra paradisum facta est, vt infirmitas prona in ruinā turpitudinis honestate exciperetur cōiugij. Et hoc est, quod palam dicit Apostolus. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquis 1.Thes.4
q; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & ho nore, nō in passione desiderij, sicut & gentes, quæ igno rant deum. ¶ Secundum est propositum procreandę prolis, quæ deinde cum angelis ad quorum numerum complendum genus humanum est creatum, vel mor-

tuis parentibus hic & alibi deum collaudet. Hinc deus,
Gen. 2. Crescite & multiplicamini, implentes terram. Cuius argumento protoplastus, quum duorum pater esset, vtrunque docuit cęli numen venerari, quorum Chaimus, qui terræ cultor fuit, frugum primitias, Abel, qui pastor erat, agnos & quicquid eximiũ ex toto grege potuit, in holocaustum dedit. Veluti & reliqui sanctiss. patriarchæ subsequentes factitarunt, qui & proinde benedictionẽ
Gal. 3 in filijs consequuti sunt in semine Abrahę, id est, ad beatitudinem prædestinati, qui est Christus benedictus super omnia. Quam sane benedictionem, si contrahẽtes vel coniuges habere voluerint, necessum est, vt faciant per tres dies, quæ angelus Tobiam docet vel sub mysterio, quod suo tempore, deo volente, aperiemus.

Caput septimum.

INgressi sunt autem ad Raguelem, & suscepit eos Raguel cum gaudio. Intuẽsque Tobiã Raguel, dixit Annæ uxori suæ. Quã similis est iuuenis iste consobrino meo. Et cum hæc dixisset, ait: Vnde estis iuuenes fratres nostri? At illi dixerũt. Ex tribu Neptalim sumus, ex ciuitate Niniue. Dixitque illis Raguel: Nostis Tobiam fratrẽ meum? Qui dixerunt. Nouimus. Cumque multa bona loqueretur de eo, Dixit angelus ad Raguelẽ, Tobias, de quo interrogas, pater istius est. Et misit se Raguel, & cum lachrymis osculatus est eum, & plorans super collum eius, di-

xit:

xit: Benedictio sit tibi fili mi, quia boni uiri & opt. filius es. Et Anna uxor eius & Sara ipsorum filia, lachrymatæ sunt.

¶ Post dicta modo describitur beneficium Tobiæ collatū in termino viæ propriæ à Raguele propinquo ipsius, qui hic nominatur frater eius, quum tamē esset consobrinus & cognatus. Sunt autem consobrini dua rum sororum filij vel ex duobus fratribus nati. ¶ Vbi nimirum est sciendum, fratres dici natura, cognatione, adfectu. Natura quidem, qui sunt ex vno patre nati, ceu fuere duodecim patriarchæ, filij Abrahæ. Gente, qua omnes eiusdem gētis sunt & patriç. Sic omnes tamē Iudæi inter se fratres dici solebant ex Deuterono. dicente. Non poteris constituere super te alienigenam, qui non est frater tuus. Adfectu, Et sunt inspeciali omnes, qui eiusdē sunt religionis, sicut omnes Christiani inter se sunt fratres, quēadmodū Apostolus vbiq; illos appellat fratres. Et sunt in communi omnes hoïes, quoniam ex vno patre Adamo nati sunt. Cognatione, & sunt qui de vna & eadē sunt familia siue sint patrui siue patrueles siue consobrini. Ita Abraham vocabat Loth fratrem suum dicens, Ne quæso sit iurgium inter me & te, fratres enim sumus. Sic fratrē suum Tobiam nominat Raguel, quum ambo essent consobrini & cognati. Sic Iacobus frater domini Iesu in scriptura vocatur, non quia filius virginis Mariç fuerit, nec q̄d Ioseph illum ex alia vxore genuerit (vt nonnulli voluerunt) verū quia eius cognatus fuerit ex sorore Mariæ matris. Si enim audimus in scriptura fratres domini, Mariæ cogitemus consanguinitatem nō iterum parientis vllam propaginem. Sicut enim in sepulchro, vbi

Glo. f. in. l. cōsobrino rū. c. unde legiti.

Gene. 35

Deut. 17

Gene. 13.

Gala. 1

positum est corpus domini,nec antea nec postea mor tuus iacuit,sic vterus Mariæ,nec antea nec postea quic quam mortale concepit: vtpote quæ porta erat Eze-
Eze. 44 chielis omnibus (prẹter Christum regem regum) clau sa.Id quod Hẹretici cum Hẹresiarcha Heluidio minus intellexerũt,qui ideo Mariam post Christum alios peperisse filios cauillati sunt, quoniam nonnulli Apostoli nominarentur fratres domini, quoniam si sic, profecto nedum omnes apostoli, sed & septuaginta duo discipuli Mariẹ filij fuissent, quos equè omnes Christ⁹ post resurrectionem fratres suos appellauit dicens ad
Mat.vlt. mulieres Marias. Nolite timere, ite nunciate fratribus meis,vt eant in Galilæam,ibi me videbunt. Et ad Mariam Magdalenam idem:vade inquit,ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum,& patrem vestrũ &c̃. Sic Raguel Tobiam vocat fratrem suum nõ quia ab eodem patre,sed quoniam ab eadẽ cognatione fuerit vt in contextu patet, in hæc verba dicente. Ingressi sunt autem &c̃. Vnde colligimus. ¶ Primo,quia Raguel,hospites cum gaudio nõdum adhuc cognitos susceperit,nos debere ad gratiam hospitalitatis esse pro-
Mat. 25. nos, quandoquidem recipere hospites, Christus inter opera misericordiæ recensuerit. Ad quam. s. gratiam Paulus passim inter alios apostolos, sed præcipue ad
Heb.13 Hebræos scribens hortatur dicens. Charitas frateni-
Gene. 18 tatis maneat in vobis,& hospitalitatem nolite obliui-
&.19 sci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis, quemadmodũ de Abraham & Loth scriptura testatur. ¶ Secundo, coll. Opera misericordiæ nos non debere cũ tristitia & quasi coacte,sed cum gaudio & voluntarie exhibere, q̃ãdoquidem hilarem dato-
2.Cor.9. rem,inquit Paulus,diligit deus. Vnusquisq; prout desti

nauit

nauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate tribuat. Potēs est eñ deus omnē gratiā abundare facere.

¶ Tertio coll, quoniā Raguel de absente Tobia dixerit multa bona, nos de absentibus etiam de inimicis nos non debere male obloqui. Hinc scriptura, Nō eris, inquit, criminator, nec susurro in populis. Siquidem susurro non modo similis spirituali furi & homicidæ, quū honori absentis detrahit, sed maledictus quoq; in scriptura dicitur, quoniā turbat pacē habentes. Vnde nobis in exemplum Christus, quū de suis discipulis interrogaretur, & ipse nihil boni de ipsis respondere posset, maluit tacere q̄ male de ipsis loqui. Cui⁹ inter alios studiosissimus fuit Augustinus, neminem volēs in sua mēsa pati obloquentē. Vtpote qui huius gratia scripserit pro mensa. Quisquis amat dictis absentū rodere vitā: Hanc mensam indignā nouerit esse sibi. Id quod vtinam pleriq; haberent cordi, quibus hæc maledicta obloquendi est natura, qua nihil odibilius nihil perniciosius nec damnabilius excogitari potest.

Leuit. 19

Eccle. 28

Ioan. 18

Periodus I.

Postquam autem loquuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem & parari conuiuiū. Cumq; hortaretur eos ad prādium, Tobias dixit. Hic ego hodie nō manducabo neq; bibam, nisi prius petitionem meam cōfirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuā. Quo audito uerbo, Raguel expauit, sciens quid euenerit illis septem uiris, qui ingressi sunt ad eā, & timere cœpit, ne forte & huic

similiter cõtingeret. Et cum nutaret & non daret petenti ullum responsum, Dixit ei angelus: Noli timere dare eam isti, quoniam huic timenti deũ, debetur coniunx filia tua. Propterea alius nõ potuit habere illã. Tunc dixit Raguel: Non dubito, quod deus preces & lachrymas meas in conspectu suo admiserit. Et credo quoniã ideo fecit uos uenire ad me, ut & ista coniungeretur cogna-
Num. 36 tioni suæ secundum legem Mosi. Et nũc noli dubium gerere, quod tibi eam tradam.

¶ Quanto gaudio Raguel Tobiam vnà cum angelo susceperit, & quàm pulchre illum ex lineamentis faciei cognouerit, eiq; deinde osculãdo benedixerit paucis intelleximus. Iam vero sequitur quomodo Tobias à Raguele filiam Saram in vxorem petierit, quam, illi debere angelus antea prædixerat. Et ait contextus: Postq̃ autem loquuti sunt &c̃. Vnde colligitur. ¶ Primo hospitalitatem non modo constare in suscipiendo sed & in necessariis ministrandis si facultas adsit. Siquidem opus misericordiæ verum sit & efficax, quod re ipsa exhibetur & nõ verbo tantum. Quia enim opus misericordiæ ex dilectione procedere debet, certe vera dilectum sine facto, si facultas adsit nõ est, vtpote quæ semper operatur. Et hoc est, quod Ioannes ait. Filioli
1. Ioan. 3 mei nõ diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Vnde & Apostolus hortatur Corinthios ad elee-
1. Cor. 8 mosynam, dicens: Nunc verò & facto perficite, vt quẽadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perfi-

perficiendi ex eo, quod habetis. Si em̃ voluntas prompta est secundum id, quod habet, accepta est, non secundum id, quod non habet. Hinc Raguel suos hospites non modo verbis amicis sed & lautis cibarijs pauit.

¶ Secundo, docere & prodesse, vt negotium, quod est alicuius momenti, ante sumptionem cibi & potus, maxime copiosi, agatur, vt ipsum prudẽtius, melius & sanctius peragatur, quandoquidem homo nunquam melius sibi constat ingenio & ratione, quàm cum sobrius est, quum vel domino teste corda hominum grauentur crapula & ebrietate. Et si enim crapula in animam non agat, ipsum tamẽ adficit corpus, quod deinde animam per consequens afficit, vt fiat paulo grauior scriptura dicẽte. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animã, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Hinc & sapientes olim veteres mane consilia, sero autem conuiuia frequentabant. Sic olim Eliezer Abrahæ seruus accepturus filio Abrahæ filiam Laban & Raguelem in vxorem, noluit neq; comedere neq; bibere, nisi perfecto negotio de matrimonio, vtpote non paruipendendo. Sic & Tobias noluit nisi sobrius agere negotium de suo matrimonio. Ideoq; scriptura dicit væ esse terræ, cuius principes mane comedunt, beatam vero illam, cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum & non ad luxuriam.

Lucæ. 21 — Sap. 9 — Gen. 24 — Eccl. 10

¶ Tertio vitium rei tradendæ vel emendæ esse, qui accipit vel emit, deberi detegi. Siquidem vbiq; honestatis præponderat consideratio, quæ dolum excludit, fraudem eijcit. Atq; generaliter dolus in omnib⁹ abesse debet, aperienda simplicitas, intimanda veritas est. Hinc honestatis formulæ sunt, dolum malum abesse, eum'q; cuius dolus fuerit deprehensus, duplici pœnæ obnoxi

L. Iulia. ff. de act. emp. um fore: quemadmodum à iurisconsul. passim cauetur sub titulo. ff. de actionibus empti & venditi. Siquidem doli actio in tegentem vitia competitur. Id quod non modo iurisperitorum, sed & sanctorum patriarcharũ sententia in diuinis scripturis euidenter expressit: quan
Iosue. 6 doquidem Iosue Gabaonitas, quia dolũ nõ detexerãt, vilioris obsequio ministerij mulctauerit: q̃uis clementior sententia, sed diuturnior. Mansit enim officijs pœnæ veteris astutiæ, hæreditario in hunc diẽ ministerio
Psal. 14 deputatę. Hinc propheta in genere eũ dicit habitaturũ in tabernaculo domini, qui loqueretur veritatẽ in corde suo, qui nõ ageret dolũ in lingua sua, nec decepisset proximũ. Quod agnoscẽs Raguel vir iustus & integer timuit dare filiã suã Tobiæ in cõiugẽ, quia inibi periculum subesse sentiret, quod satis verecũde detexit, vtpote quã non tradidisset, nisi ab angelo edoctus, exẽplo, vt latentia vitia accipienti pandamus. ¶ Quarto coll. Id quod semel à deo est definitum, à nullo posse impe-
Esai. 46. diri, quin tãdem euenturũ sit, vt definiuit, de se alibi, di-
Prou. 21 cens: Ego sum deus, & nõ est vltra deus. Consiliũ meũ stabit, & omnis voluntas mea fiet: vtpote contra quẽ nec est prudentia, nec consiliũ. Sic alibi Gamaliel legis
Acto. 5 doctor dicebat: Si est ex hominibus consiliũ hoc aut opus, dissoluetur, si vero ex deo est, nõ poteritis dissolue re, ne forte & deo repugnare videamini. Sic & si Christi passionẽ, Petrus, Pilatus & huius vxor, quodammodo voluerint impedire, ipsa tamen procedebat, vt definita
Lucæ. 22 fuerat, Christo dicente. Et quidẽ filius hominis secundum quod definitũ est vadit. Sic & si multa esse impedimenta videbantur, propter quę Sara collocari non debebat Tobię, ipse tamen eam nacta est, nec alius eã habere potuit, quia sic deus statuerat. Sic recte Ap̃lus dixit

xit:

xit: Si deus nobiscum, quis contra nos? ¶ Quinto coll. Rom, 8
q̃uis nobis aliquid à deo est statutũ, vt nobis debetur, necessarium tamen est, vt & faciamus ea, propter quæ deus hoc vel illud dari definiuit. Sic etsi deus sciat quid nobis opus est, & id ipsum dare vult, nos tamen illud Mat. 6
vult exorare, dicens: petite & dabitur vobis. Sic etsi ex Lucæ. 11.
diuino statuto Sara debebatur Tobię, hic tamen neces- Ioan. 16.
sum habebat timere deũ, Raguelẽ orare, & peregre ꝓfi cisci. Contra eos, qui sine medio putant se consequi, quod eis ex gratia à deo futurum debetur. ¶ Sexto coll. Deum ad id quod nobis vult euenire, sapienter disponere modum, q̃uis impossibile visum sit antea. Nã eius sapientia, inquit scriptura, disponit omnia suauiter Sapien. 8
à fine vsq; ad finem. Sic cum vellet Mosen fore Hebræ-
orum ex Aegypto ducem, facile modum disposuit, vt Exo. 2
infantulus expositus à filia Pharaonis exciperetur & enutriretur, atq; sic inibi in virum euaderet maximum. Id quod impossibile visum fuerat. Sic & modum dedit Gene. 36
deus, vt Ioseph fieret summus post regem gubernator & Aegypti saluator, quandoquidem à fratribus venditus in Aegyptum, empt⁹ est à Phutifare Eunucho Pharaõis, principe exercitus de manu Hismaelitarum &c̃. Id quod impossibile visum fuerat. Sic & deus modum disposuit, vt Tobias Saram duceret, Raguele dicente: Et credo, quoniam ideo deus fecit vos venire ad me, vt & ista coniungeretur cognationi suæ secundum legem Mose. Exemplo, quod si sentimus nos à Deo ad aliquid boni habere inclinationem, vt eo viriliter bonis medijs, Deo duce, tendamus, non curantes de modo, quem Deus in tempore sapienter disponet.

Periodus

Periodus II.

Et apprehendens dexteram filiæ suæ, dexteræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abrahã, & deus Isaac & deus Iacob uobiscum sit, & ipse coniungat uos, impleatq́ benedictionẽ suam in uobis. Et accepta charta fecerunt cõscriptionem coniugij. Et post hoc epulati sunt, benedicẽtes deum. Vocauitq́ Raguel ad se Hannam uxorẽ suam, & præcepit ei, ut præpararet alterum cubiculum. Et introduxit illuc Saram filiam suam, & lachrymata est. Dixitq́ ei: Forti animo esto filia mea. Dominus cæli det tibi gaudium pro tædio, quod perpessa es.

¶ Dictum est quomodo Tobias à Raguele filiam Saram sibi vxorem dari petijt, isq́ illi eam petitionem concessit, dicens: Et nũc noli dubium gerere, q̃d tibi eã tradam. Iam proinde sequitur, quomodo hæc ipsa concessio sit per matrimonij contractum ratificata in verbis vt sequitur. Et apprehendens dexterã filiæ suæ & c̃. Vnde collgimus arduitatem matrimonij, quod tanta olim contractum est solennitate: & quanta inibi ab vtraq; partium desideretur fides, & q̃ honeste illic sit agendum. Siquidem ¶ Primo dextera filiæ ducendæ iungitur dexteræ ductoris Tobiæ ad significandam fidem illam inuiolabilem, quæ inter coniuges seruari debet: quæ vtiq; fides in coniunctione vtriusq; dextræ notatur. Quia, n. manus dextera validior est sinistra & firmior, proinde antiqui (vt est in, T. Liuio) dextra

se non

ſe non modo venerabantur, ſed & per dextram, quaſi
fidei ſedem & virtutis miniſtram iurabant. Ideoque
& nunc dextra data ſignat amicitiam & gratiam, eãq;
firmam & veram, non doloſam. Hinc eſt, vt dextræ cõ
trahentium matrimonium coniungantur quaſi pro
iuramento, vt voluntarie & amice atq; ita contrahant,
vt vterq; alteri velit fidem ſeruare, ſine qua matrimo-
nium non valet: quæ nimirum fides eſt, vt alter coniu
gum aliĳ corpus ſuum nõ tradat, vtpote cuius poteſta-
tẽ vltra nõ habeat, Apoſtolo teſte, Quod ſi tradiderit 1.Cor.7.
coram deo & homine, adulter eſt: ſuæ & fidei fractor, Leuit.20
Vnde lex diuina ſtatuit adulteros morte plectendos Deut.22
& quidem lapidibus obruẽdos, Quam & lex quoq; ſe- Ioan.8
cuta eſt ciuilis, quæ adulterium iubet gladio puniri. Iu-
ra vero Canonica adulteros cauent excõmunicandos L.quãuis §
quæ eſt pœna in iure Canonico maxima. Statuta ve- Sacrilegos.
ro quædam municipalia ex cauſis mitigãtia, adulteros C.de adult.
primo ſeparant à thoro, deinde pannos & capillos an-
te & retro ſcindunt, ac inde illos trudunt in arcta mo-
naſteria, vt inibi ſua peccata defleant, ſumptis interim
eorum bonis temporalibus. Sunt itaq; cõiuges per cõ
iunctionem dexterarum monendi fidei matrimonia-
lis, vt caueant fore adulteri, qui ex lege diuina regnum Rom.1
dei poſſidere nequeunt. ¶ Secundo inuocatur ſuper Heb.13
contrahentibus Dei optimi maximi benedictio, quæ
eſt fœcunditas prolis, cuius & gratia vxor eſt ducenda
ex bono matrimonio. Quam vtiq; benedictionem de-
dit deus ſuper coniugibus in paradiſo, dicens: Creſcite Gene.1
& multiplicamini & implete terram, Quam ſanè bene
dictionem in coniugio nemo debet impedire ſub pœ-
na mortis. Eam ſi vero deus negat, æquo animo eſt fe-
rendum, vt qui nihil ſine cauſa faciat, noſcens quid con
iugibus

iugibus vtile sit, vt suo loco abunde diximus. ¶Tertio coll. in contractu cōiugij fieri scripturam: vtpote in rei memoriam, quoniam alioqui labilis sit memoria hominum, qui & aliquoties inopinate moriuntur. Fiunt enim, inquit lex, scripturę de ijs, vt quod actum est, per eas facilius probari possit. Non autem ideo fit scriptura in nuptijs, vt illa eas firmet: quandoquidem nuptiæ valeant licet testationes in scriptis habitæ non sint. Pactum vt ait Imp. quod bona fide interpositum docebitur, & si scriptura non existente, tamen si alijs probationibus rei gestæ veritas comprobari potest, præses prouinciæ secundum ius custodiri efficiet. Quamuis ad cauenda litigia consultum est, vt pro memoria rei gestæ fiat scriptura, vt facta est in nuptijs olim, in cuius vna parte chartæ scribebatur dos, & in alia parte donū propter nuptias: ac inter duas scripturas fiebant signa, per quorum medium scindebatur charta, & dabatur vna pars viro, & altera mulieri. ¶Quarto coll. Epulas in nuptijs fieri & licere, ita tamen, vt inibi deus benedicetur. Id quod fit, quū sine peccato comeditur & bibitur sine crapula & alterius offensione, atq; interim deo gratias agatur, quod contrahentes ad tantum sacramentum venire concesserit, & sibi hasce epulas dederit in salutem percipiēdas, quæ vtiq; teste Paulo, sine gratiarum actione percipiendæ non sunt.

L. cōtrahi. ff. de pig.

L. pactū. C De pactis.

1. Tim. 4

Caput VIII.

POstq̄ uero cœnauerunt, introduxerūt iuuenem ad eam. Recordatus itaq; Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili suo partem iecoris, posuitq; eā super carbones

nes uiuos. Tũc Raphael angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Aegypti.

¶ Deserto matrimonij contractu, describitur ordine subsequenti accessus iuuenis Tobię ad coniugem. Atq; in hoc capite quatuor agũtur iuxta quatuor ipsius Periodos. ¶ Et primo quidem quõ angelus expulerit dęmoniũ Asmodeum, qui iam antea septẽ maritos Saræ ob ipsorum libidinosum accessum interfecerat. Ideoq; contextus ait. Postq̃ vero &c̃. Ex quibus inter cætera claret, incensionem iecoris, adeoq; ipsum fumũ, figuratiuum fuisse orationis: siquidem fumus ille non expulerit dæmonem, sed angelus ipse merito orationis Tobiæ, quæ (vt supra probauimus) per fumum ascendentem in scripturis intelligitur. Hinc propheta orans inquit. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in cõspectu tuo. Psal. 140 Sic alibi dicitur, quod fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu angeli coram deo ascenderit. Apoca. 8 Id quod nihil aliud est, quàm angelum memoriam orationis tulisse in conspectum Dei sursum, non secus atque sursum tendit fumus incensi. ¶ Quamquàm dici possit, vel ideo fumum expulisse dæmonium, quia ad ipsum virtus orationis, quæ est verbum diuinum, accesserit. Sic in figura ex ecclesiæ instituto vtimur contra dæmonum præstigia, sale benedicto, aquis & herbis consecratis, non quia tanta sit virtus salis, aquæ & herbæ per se, verum, quia illis per benedictionem sacerdotis, vis & potentia verbi Dei accesserit, quo omnis creatura sanctificatur, quæ fortassis alioqui noceret, facta ex maledictione peccati mala, vtcunq; creatione optima sit. I. Tim. 4 Gene. 3. Ad hunc

4.Re.22 hunc modum Helizæus quondam iniectione salis, proculdubio per ipsum verbi potentia consecrati, sterilitatem aquæ submouit. Hinc male ab Hæreticis reprehenditur consecrationis cærę, aquæ, palmę, salis, herbę, hocq́ genus creaturarum aliarum vsus, quum vtiq; abusus eorum duntaxat esset reprehendendus, qui ea consecratione abutuntur, Siquidem constet hodie angelũ medio fumi iecoris per virtutem orationis deuotę, dæmonium relegasse in desertum superioris Aegypti. Veluti alias angelus de cęlo descendens, dicitur Sathanam ligasse & misisse in abyssum, id est, in locum homini-
Apo.20. bus inhabitabilem. ¶ Sed quæritur hac in parte, quũ ecclesiæ vera sit fides, dæmonem esse substantiam planè intellectualem & spiritualem, quomodo potuit apprehẽdi ab aliquo & quasi corporaliter ad aliquod corpus relegari? ¶ Primo responderi potest, hoc quod hic dicitur mystice magis posse intelligi q̃ realiter, quẽadmodum de singulis in Tobia suo loco dicam. ¶ Secũdo apprehendi & relegari metaphoricẽs intelligi posse, vt sit idem, quod auferre lędendi potestatem. Et erit sensus. Raphael virtute dei abstulit dæmonio vim nocendi amplius, ipso in desertum depulso à cõsortio hominum. Quo sane modo alibi tentandi potestas diabolo fuit allata per Christi verbũ. Vade sathana. Scri-
Matt. 4. ptum est enim &c. statim subsequitur. Tunc reliquit eũ
Marc. 1. diabolus. ¶ Tertio posse quoq; rem corporaliter intelligi ad hunc modum, quod & si dæmonium ex sua sit natura (vt bonus quoq; angelus) incorporeum & spirituale, diuina tamen permissione adsumere sibi potest speciem cuiuslibet terreni corporis, quemadmodũ Sauli pythonissam consulenti, ipsum vt posset ab eo adorari, apparuit (vt volunt nonnulli) in specie Samuelis

lis prophetæ sanctissimi: nec mirũ quum Paulo teste. 2.Co. 11.
idem se possit in angelum lucis transfigurare. Sic fit vt
dęmonia sic fictis corporibus adsumptis secum tra-
hãt corpora,quæ vt plurimũ,spiritibus ipsis obediunt,
ita vt quo ferantur illi spiritualiter,eò ferãtur q̃q; speci-
es corporum,sic vt in momẽto penè nunc hic nũc alibi
esse possint. ¶ Nec inde mirũ est quod perinde corpo Eph. 6.
raliter relegantur ad corporalem locum,quando con-
stet quod ipsos dæmones post peccatum suum deus è
cælo aeris non sine pœna sed non simili infernali pœ-
næ in caliginẽ qui & corpus est detruserit,cuius causa
Christus alibi volucres cæli nominat,quæ semen terrę Matt. 13
comederint, vbi vsq; ad iudicium vel certe quoad de⁹
voluerit suos manes patiũtur,q & iterim ob pc̃tã no-
stra partim,partim ob patientiã firmandã &c̃. nos &
in terra,quemadmodum Iobo fecerunt,persequuntur Iob. 1.
atq; olim maxime cruciabãt hoĩes ante Christi aduen-
tum, q̃rũ potestatẽ per fidẽ suam sic repressit,vt eaten⁹
vt antea nocere non possint,quamuis in caliginoso ae
re tumultuantes nobis sic incommodare moliuntur,
vt nisi deus angelica custodia nos protegeret, ꝓfecto Ap. 7.9.
neq; nos neq; nostra(sic illi nobis inuident)vel momẽ-
tum persistere possemus. Solent enim illi in nostrã per-
niciem nõnunq̃ horrenda tonitrua, fulgura, atq; hoc
genus tempestates tam in aere q̃ in terra permouere.
Cõtra quorum præstigia vtimur & reliquijs & sonitu
campanarum,quo(si modo accesserit nostra in deum
fides & deuotio)illi plerumq; desistunt turbare, Chri- Matt. 8.
sto imperante ventis & mari.¶ Nec illud irreligiose
nec falso fit aut creditur,quoniam non sonitus campa-
naræ qui tñ naturaliter nubes vt q̃d leue fugãt eos non
fugat,sed virtus verbi dei,quo campanæ deo in nostrã

salutem sunt consecratę hoc efficit, quam sufferre nequeunt. Siquidem & Dauid olim per canticum citharæ suæ dæmonium ex Saule vel fugauerit vel placaue-
I.Re. 16. rit, vt qui ad citharam verba sacra & potentia cecinerit, quæ illa ferre nequeunt nec subsistere, Christi vere inuocato nomine. Sic alibi ex homine obsesso clamauit ad Iesum venientem. Sine: quid nobis & tibi Iesu
Marc. 1. Nazarene? Venisti perdere nos. Scio, quia sis sanctus
Lucæ. 4. dei, Et increpauit illũ Iesus dicẽs obmutesce, & exi ab eo. Et exijt ab illo, nihilq́; illum nocuit. Sic alias quum Iesus venisset trans fretum in regionẽ Gerasenorum
Matt. 8. occurrerunt ei duo habentes dęmonia, de monumentis exeuntes, sęui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt, dicentes, Quid nobis
Marc. 5. & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tempus torquere
Lucę. 8. nos. Erat autẽ non longe ab illis grex multorum porcorum pascens. Dęmones autem rogabant eum, dicentes. Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis, ite. At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abijt totus grex ꝑ præceps in mare, & mortui sunt in aquis.

Periodus II.

Tunc hortatus est uirginẽ Tobias, dixitq́; ei: Sara exurge et deprecemur deum hodie et cras et secundum cras, quia hijs tribus noctibus Deo iungimur, tertia autẽ transacta nocte in nostro erimus coniugio. Filij quippe sanctorum sumus & non possumus ita coniungi, sicut gentes, quæ ignorant deum. Surgentes autem pariter, instãter orabant

bant ambo simul, ut sanitas daretur eis. Dixitq; Tobias. Domine deus patrum nostrorum, bendicāt te cæli, terræ, mareq; & fontes & flumina, & omnes creaturæ, quæ in eis sunt. Tu fecisti Adam de limo terræ, dedistiq; ei adiutoriū Euā. Et nūc domine, tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororē meā coniugē, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuū in secula seculorum.

Expulso per angelum dæmone subsequitur nūc inter alia Tobiæ iunioris ad deū deuota oratio, cuius merito dęmonem ipsum fuisse depulsum credimus. Et ait contextus. Tunc hortatus est virginem &c. vnde, ¶ Primo col. nuptias summa honestate & in timore dei vsq; adeo esse inchoandas, vt à concubitu matrimoniali salutarit nubentes, abstineant tribus noctibus per continuam ad deum orationē. Per quas sane tres noctes fortassis non inepte intelligimus, tres partes pœnitentiæ. s. contritionem, confessionem & satisfactionē, quibus profecto recte vtentur contrahentes ob reuerentiam matrimonij, quod est sacramentum nō vulgare, in quo cōtrahētibus ad omnia hoc præstatur amplior gratia, quo illud deuotius cōtrahitur & agitur. Quod autē sacramentū sit, alias inter cætera, quę nunc trāseo, ostendimus ex Apostoli verbis, quæ sic habent. Ita & viri diligere debent vxores suas, vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquā carnē suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam sicut & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis Ephe. 5 Gene. 2 Matt. 11 Mar. 10

 Matt. 5.

primum inquirunt regnum dei.i. faciunt, quod pertinet in laudem dei. Cui⁹ gratia deus ipse vestit & nutrit volatilia cęli & lilia agri: q̄ꝛ exēplo nos ipsi deberem⁹ incitari ad laudes diuinas in cōfusionē nostrā. ¶Quarto col. Deberi contrahi matrimonium potissimum, vt inde sequatur posteritas, quæ vel defunctis parentibus benedicet deū, cuius causa deus hominem primū creauit. Non autem debet contrahi matrimonium, vt posteritas inde augeatur, pręcipue in vanam gloriā & cōseruationem rerum temporalium, quæ vt plurimum potius damnant q̄ saluant, & in dei dedecus exercentur, vt aliquoties faciunt, qui suā iactitant nobilitatē.

Lucæ. 2

Gene. 1

Periodus III.

Dixit itaq; Sara: Miserere nobis domine, miserere nobis, & consenescamus ambo pariter sani. Et factum est circa pullorum cantum accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierunt cum eo pariter, ut foderent sepulchrum. Dicebant enim, ne forte simili modo euenerit ei, quo & cæteris alijs septē uiris, qui sunt ingressi ad eam. Cūq; parassent fossam, reuersus Raguel ad uxorem suam, dixit ei: Mitte unam ex ancillis tuis, & uideat si mortuus est, ut sepeliam eum antequā illucescat dies. At illa misit unam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum reperit eos saluos & incolumes, secum pariter dormientes, & reuersa nunciauit bonum nunciū,

Et bendixerunt dominũ Raguel uidelicet & Anna uxor eius. Et Dixerunt.

Posita Tobiæ ad deũ opt. oratione sequitur oratio Saræ, et quid pariter interim egerint parentes illius in hęc verba. Postq̃ verò &c̃. Quãuis autem hęc verba suam singularem vtilitatem habent in sensu mystico, de quo, duce deo, dicturi sumus ad finem Tobiæ, nihilominus inter cætera ex ipsis ¶ Primo coll. recte nos posse petere à deo temporalia, sic tamen vt æternis non sint impedimento sed augmento, ita vt propter æter-
3.Reg 8. nalia petantur, Siquidem senectus temporale sit bonum, quod ad salutem nostram recte possumus pete-
Esaię.38. re. Sic Ezechias longiorem sibi vitam à deo petijt, quæ
4Re.20 & tanquam rem piam in mercedem deus promisit
3.Re .4. parentes honorantibus quam non promitteret, si ne-
Exo. 20. q3 petenda neq3 danda esset. Ita tamẽ omnia tempora
Ephe .6. lia petenda, vt cędant in gloriam dei & nostram salutẽ.

¶ Secundo coll. validam & efficacem esse orationem in fide & sedulitate, quia enim Tobias & Sara instanter & fideliter orarunt, ideo illis dæmonium nocere
Matt. 21. haud potuit. Hinc Christus alibi dicit: omnia quæcun-
Iacobi. 1. q3 petieritis in oratione credentes, accipietis. Sic Iacobus adfirmat impetrari omnino sapientiam, si petatur sine dubitatione à deo. Quãtum valeat autem assiduitas orationis, heri accepimus, & intelligim⁹ ex Euã-
Lucæ.18. gelica illà vidua, qua de Lucas.

Periodus IIII.

Benedicimus te domine deus Israel, quia non contigit nobis, quemadmodum putabamus

mus. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentem nos. Misertus es autem duobus unicis, fac eos domine plenius benedicere te & sacrificiũ laudis tuæ & suæ sanitatis offerre, ut cognoscat uniuersitas gentiũ, quia tu es deus solus in uniuersa terra.

¶ Dictum est in proximo Periodo, quomodo Tobias & Sara coniuges ad deum contra diabolicas insidias orauerint, simulq; quoniam fideliter & perseuera rantè orarunt, obtinuerunt salui manere victo & pulso per angelum dęmonio. Subsequenti nunc ordine ponitur tam Raguelis q̃ Annæ pro obtento à deo beneficio gratiarum actio & benedictio in hæc verba, vnde colligitur. ¶ Primo gratias deo agendas obtenta aduersus hostem .s. visibilem vel inuisibilem victoria. Siquidem ipse solus est, cuius adiutorio vere vincitur hostis & vnde omnis felix est victoria. Vnde scriptura, Equus (inquit) paratur ad diem belli, dominus autem salutem tribuit. Prou. 21. Hinc aliàs dicebatur à domino ad Iosaphat & eius populum. Nolite timere nec paueatis hanc multitudinem. Nõ enim est vestra pugna sed dei 2.Pa. 20. Et alibi Iudas Machabæus, quoniam (inquit) non in mulitidudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est, proinde etiam pro pace orans, ait. Da pacem domine in diebus nostris, quia non est alius qui pugnat pro nobis nisi tu solus deus noster. 1.Mac.3 Eapropter habita victoria nulli quam illi habenda est laus & gratiarum actio. Sic Propheta

de victoria contra Aegyptios obtenta à filijs Israel ce-
Psal.113 cinit. Nō nobis dñe nō nobis: sed nomi tuo da gloriã, Id
quod & Moses fecit deuictis Aegyptijs, dicens: Cante-
mus domino. Gloriose enim magnificatus est, equum
Exod.15 & ascensorem deiecit in mare. Fortitudo mea & laus
mea dominus, & factus est mihi in salutem &c. quę nō
tam debent intelligi de visibilibus quam inuisibilibus
Ephes.6 hostibus, quoniam Paulo teste, cõtra illos nobis est cer
tamen, vt facile est cognoscere ex dæmonio, quod vi-
ros septem interfecerat, quo deuicto gratias agunt Ra
guel & Hanna, dicentes benedicimus. Et dicitur singu-
lariter deus ipse, deus Israel, vtcunq; sit & aliorum.
Deut.4 ¶ Primo, quia singulariter erat Israelitarum per legẽ
ab eo datam & ob cultum diuinum & alia beneficia.
Secundo quia solus Israel olim verum deum viuentem
Psal.113 coluit, cæterę vero gentes idola, simulachra gentiũ ar-
gẽtum & aurum, opera manuum hominũ. Hinc deus
Esai.46. ipse de se ipso ait: Ego sum deus, & non est vltra deus,
nec est similis mei. Consilium meum stabit, & omnis
voluntas mea fiet. ¶ Secundo nos ideo debere à deo
petere voluntatem & vitam, quatenus liceat ei media
sanitate laudes sacrificare, quod fortassis alioqui nõ tã
cõmode fieri posset, vt inde emaneat gloria & magni-
Ioan.12 ficẽtia dei. Sic quum Apostolus alibi hortatus esset, vt
corpora nostra exhiberemus hostiam deo, voluit obse
quium nostrum esse rationale, i. quod ratio ipsa mode
retur & æquitas. Nec enim sic corpus eius, qui incolu-
mis multum prodesse potest, castigandum est, vt inde
subsequatur enormis ægritudo, quę deinceps sacrificiũ
laudis impedire possit. Cuius argumẽto alias Aposto
1.Tim.5 lus hortatur Timotheum, vt hominem maxime vtilẽ
& tamen valetudinarium, vt vltra nõ bibat aquam sed
vtatur

vtatur modico vino propter laborantem stomachũ, & frequentes ipsius ægritudines. Ita nimirum incolumes esse velle debemus, vt deo melius seruire quimus, non vt solutius carni indulgere, vt faciunt nõnulli, q̃d peccatum est omnium maximum. Peccant quoq; maxime, qui fortassis ægrotare permissi sunt, quia peccarunt, & sanari orant promittuntq; suam deinde innocentiam, & conualescentes illico repeccãt, qui profecto timere habent peiora. Id quod multis patet exemplis in sacris literis. Atq; dominus ipse arguit ad sanatũ dicẽs. Ecce sanus factus es, caue ne pecces, ne quid deterius tibi eueniat. Ita pie parentes Raguel & Anna rogarunt deum, vt daret filios incolumes posse offerre sacrificium laudis & sanitatis. Ioan. 5

Periodus V.

Statimq; præcepit seruis suis Raguel, ut replerent terra fossam quam fecerant prius quam eluxcesseret. Vxori autem suæ dixit, ut instrueret conuiuium, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus necessaria. Duas quoq; pingues uaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus uicinis suis, cunctisq; amicis. Et adiurauit Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas moraretur apud se. De omnibus autem quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit hãc scripturam, ut pars dimidia quæ supererat, post obitũ eorũ Tobiæ dominio deueniret.

¶ Posita parentum benedictione, qua deo benedixerunt, quoniam ille sponsum & sponsam incolumes & superstites contra diabolicas insidias conseruauerat, sequitur nunc nuptiarum in hũc modũ descriptio. Statimq́ præcepit seruis suis &c̃. Vnde ¶ primo colligit Licere nuptias solenni conuiuio celebrari in reuerentiam matrimonij, tanti. s. sacramenti, ad quod coniuges peruenire deus dignatus est, vt eius inibi impleatur voluntas de prole suscipienda, quæ ipsum deinde sit plenius benedictura. Sic & Iacob ducens vxorem
Gen. 29. filiam Laban, vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias, Ita pene scriptura vbiq; meminit celebritatis nuptiarum, quæ vtiq; in publico & non in secreto agi debent, vt nunc faciunt Schismatici. ¶ Secundo colligitur Conuiuia ad necessitatem non ad superfluitatem esse instruenda, vtpote à quibus absit cibariorum & potuũ diligens exquisitio, vt in fine cap. noni dicemus: quandoquidem luxuriantes in conuiuijs suis deus in diem iudicij cruciandos reseruat, qui
2. Pet. 2. & pauperascunt deinde. Hinc scriptura. Noli esse in cõ
Prou. 23. uiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potib. & dantes symbola consumentur. ¶ Tertio coll. Paren-
2. Cor. 12 tes non debere hęreditatem totam filijs donec viuunt sed post mortem, id quod nec ipsis cõsultum est. Hinc Raguel Tobiæ dimidiam partẽ suæ possessionis post
Eccl. 33. mortem suam recipiendam statuit. Et hoc est, quod ait scriptura. In die consumptionis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam. Filio & mulieri, fratri & amico tuo non des potestatem super te in vita tua, & non dederis alij possessionem tuam, ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis. Meli

us est

nus est enim, vt filij tui te rogent, q̃ te respicere in manus filiorum tuorum.

Caput IX.

TVnc uocauit Tobias angelũ ad se, quẽ quidem hominem existimabat, dixitq́; ei: Azaria frater, peto ut auscultes uerba mea: Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. Tamen obsecro te, ut assumas tibi animalia siue seruitia, & uadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum, reddasq́; ei chirographum suum, & recipias ad eo pecuniam, & roges eum uenire ad nuptias meas. Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies, & si tardauero una die plus, contristatur anima eius. Et certe uides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum spernere non possum.

¶ Descripto, quod dictum est circa Tobiam in viæ suæ termino, iam deinde describitur, quid pro eo actũ est in termino viæ angelicæ. Siquidem ipse angelus à Tobia rogatus, propter non condemnandas causas Ragen petijt atque inibi à Gabelo debitum, de quo supra recuperat, veluti satis eleganter enarrat cõtextus, dicẽs: Tũc vocauit Tobias angelũ &c̃. Vnde ¶ Primo col. nihil æque facere ad petitã impetranda quã petẽtis gratitudo, à qua recte petitio incipit. Est aũt gratitudo quando

quando quis,humiliter confitetur acceptum beneficium,atq; ideo gratias vel agit, vel pro virili refert. Ad
Col. 3 quam vel ideo Apostolus hortatur, quum sit omniũ virtutum laudatissima,cælo & hominibus iucundissima,seu ediuerso vitiorum pess. est ingratitudo,quę demeretur spoliari eo,quod habet, illa quod habet mere
Matt, 25 tur in duplo recipere. Sic alibi ingrati seruo recipitur talentum, quo domino nihil ingratitudinem lucratus erat,ablatum est & datum grato, qui decẽ receperat, quoniã gratus erat,domino lucratus.Siquidem gratitudo mereatur beneficia accipere, accepta retenta sibi augere,& maiora sibi superaddi,Sic hodie angel⁹ magis ac magis inseruit Tobię, quia gratus fatetur prius beneficium,dicens:Si me ipsum trado. Q. d.&si meipsum tibi traderem, nõ tibi dignam pro tuis in me beneficijs mercedem redderem. ¶ Secundo nihil esse pe-
Prou.18 tendũ sine causa rationabili.Sic occasiones quærit,qui vult recedere,ab amico recedere.Si hinc duabus arduis causis Tobias se angelo excusat. ¶ Tertio col.Filios non modo parentibus debere simplicit̃ obedire,sed & declinare quodcunq; possit illos offendere, qui alio quĩ peccant & maledicuntur.Quam malę famę est,qui
Eccl.3 derelinquit patrẽ,& est maledictus à deo, qui exaspe-
Ephes.5 rat matrem. Hinc paterne monet Apostolus, dicens:
Colos.3 Filij obedite parẽtibus per omnia: hoc enim placitum est in domino & iustum est.

Periodus I.

Tunc Raphael assumens quatuor ex seruis Raguelis,& duos camelos in Rages ciuitatẽ Medorum perrexit, & inueniens Gabelum,dedit ei chirographum suum, & re

cepit

cepit omnem pecuniam. Indicauitq́ ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ gesta sunt, fecitq́ eum secum uenire ad nuptias. Cunq́ ingressus esset domũ Raguelis, inuenit Tobiam discumbentẽ, & exiliens osculati sunt se inuicem, & fleuit Gabelus, benedixitq́ deum.

¶ Præmissa Tobiæ ad angelum petitione, subsequitur nunc angeli ad eam petitionem condescensum, vt patet in contextu dicens. Tunc Raphael. Vnde. ¶ Primo col. nos libenter debere hominibus inseruire in eis quæ honoris sunt veluti nuptię. Siquidem hodie Gabelus ad nuptias Tobiæ ex longinquo non sine fatigatione venerit. ¶ Secundo dicere iuuenem, vt vel discumbens adsurgat seni atq; illi deferat honorem. Vnde scriptura, ne spernas, inquit hominem in senectute sua. Et alia ait. Coram cano capite consurge, & honora personam senis. De quo Satyric⁹ alibi pulchre, ca. 13. Vale li. 2. cap. de Institutis Antiquis. Eccle. 8 Leuit. 19

Periodus II.

Et dixit: Benedicat te deus Israel, quia filius es optimi uiri, & iusti, & timentis Deum, & eleemosynas facientis, & dicatur benedictio super uxorem tuam, & super parẽtes uestros, & uideatis filios uestros, & filios filiorum uestrorum, usq́ in tertiam & quartam generationem, & sit semen uestrum benedictum á deo Israel, qui regnat in secula seculo-

Ex quibus verbis colligimus. ¶Primo & si homini solicito multa obueniunt aduersa cogitata perinde atq; verisimilia, ipsum tamen propterea non debere solicitudini subiacere quasi desperantem, qm̃ vt plurimum eiusmodi cogitata sunt falsa, vtcunq; possibilia. Ita Tobias sollicitus cogitabat propter moram filij, filiũ vel propter aliquod malum detineri, vel ægrotare vel Gabelum esse mortuum, quum tamen nihil eorum esset verum. Proinde in ijs & similibus aduersis cogitationibus nos, qui causas rerum ignoramus, deo qui nos ita sinit tentari, debemus nos & nostra committere, qui etiam pessima sua bonitate vertere potest in bonum

1.Pet.5 diligentibus ipsum. Hinc Petrus ait. Omnem solicitudinem vestram proijciẽtes in eum, quoniam ipsi cura est

Gen.37 de vobis. Sic Iacob olim faciebat, amisso filio Ioseph, per fratres clam diuendito. ¶ Secundo, non deberi periculo exponi, quod maius est, propter minus. Siquidem conqueritur mater Tobię: quod filium dimiserint peregrinatum, in quo omnia & tot bona habere videbantur, propter vilem ipsam pecuniã, quum vtiq; parẽtes vix possint proba prole habere preciosiorẽ thesau-

Lucæ.12 rum. Sic Christus prohibet alibi solicitudinem pro corpore ipso, quum interim negligatur anima & periculo exponitur, quæ longe præstat corpore, vtpote quę nõ possit habere permutationẽ. Quid enim, inquit Chri-

Matt.16 stus, prodest homini si mũdum vniuersum lucraretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Sic nulla possit pecuniæ, quę ex luto est, esse comparatio cum filijs, qui (vt patet ex Tobia) parentum sunt oculi, baculum senectutis, solatium vitæ & spes posteritatis, quam vnice desiderãt parẽtes, vnde & fieri solet, vt nepotes plerunq; magis q̃ filios ipsos ament, vt alibi ad longum dispu-

disputauimus. ¶ Tertio coll. filios non posse reddere ęquiualens nec respondere in amore parentibus qui ineffabilem pene erga illos habent adfectum. Siquidem nullo arctiore vinculo homo homini iungatur, nullo minus solubili nexu q̃ eo, quo parentes liberis. Multa (vt dixi) volumus patriæ debere, multa parẽtibus, multa demum multis, sed filiorum causa omnia volumus, per ferrum, per flammas itur intrepide, si filiorum charitas postulet, nullius incolumitas homini suauior, nullum funus acerbius, magisq́; luctuosum. Id quod alias in patriarcha Iacob, erga Ioseph. In Dauide erga Absalonẽ, in patrefamilias euangelico erga filiũ nepotẽ satis abũde ostẽdimus, q̃dq́; hodie aperte probat in Tobia. Gene. 37 & 46 2. Re. 16 Lucæ. 15

Periodus I.

Cui dicebat Tobias: Tace, & noli turbari sanus est filius noster, satis fidelis est uir ille, cum quo misimus eum. Illa autẽ nullo modo cõsolari poterat, sed quotidie exiliens circunspiciebat & circuibat uias omnes, per quas spes remeandi uidebatur, ut procul uideret eum si fieri posset uenientem. At uero Raguel dicebat ad generum suum: Mane hic, & ego mittam nuncium salutis de te ad Tobiam patrem tuum. Cui Tobias ait: Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies computant, & cruciatur spiritus eorũ in ipsis. Cũq; uerbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille eum nulla ratione uellet audire, tradidit ei Sarã & dimidiã partẽ omnis

ſubſtantiæ ſuæ in pueris,in puellis, in pecudibus,in camelis,& ĩ uaccis,& pecunia multa,& ſaluum atq; gaudentem dimiſit eum à ſe,dicens : Angelus dñi ſanctus ſit in itinere ueſtro,perducatq; uos incolumes, & inueniatis oĩa recta circa parẽtes ueſtros,& uideant oculi mei filios ueſtros priuſq̃ moriar.

¶ Hactenus de ſingulari pietate parentum Tobiæ in ipſum Tobiam iuniorẽ,quã ſcriptura hic proſequitur, & maxime matris ſingulariter propter filij abſentiã dolenter mœrẽtis,quã vir ipſe viriliter cõſolat. Vnde coll. ¶ Primo viꝛ maxime oportere eſſe in ſuis aduerſis fortẽ & cõſtãtẽ,& nõ deſperare, verũ quod penes ſe in dubio eſt,cõmittere deo, illiq; prorſus in melius cõfidere: quandoquidẽ ille propter ineffabilẽ ſuã bonitatẽ & ſapientiã,nõ poteſt nõ oĩa bene & ſuauiter diſponere, &
Sap. 8 mala q̃q; ipſa vertere in bonũ diligẽtibus ipſum. Hinc
Rom. 8 Petrus, omnẽ,inquit,ſolicitudinẽ veſtrã, proijciẽtes in eũ,qm̃ ipſi cura eſt de vobis, q nec vnq̃ (vt ait ꝓpheta)
1.Pet. 5 iuſtũ dereliquit,q̃uis illũ ſatis acriter probet tẽtatiõib⁹.
Pſal. 36 In aduerſis igitur cõſtitutus meminerit vel vni⁹ hodie Tobiæ,tribulati, vtpote q & ſi eſſet poſitus in afflictiõe pro filio,pro cæcitate,ꝓ ſenectute etiãq; ꝓ paupertate, in deũ tñ cõfidẽs vxorẽ viriliť cõſolať,& ṗmit alto corde dolorẽ. ¶ Scđo, filios debere parẽtibus bene pręcipientibus obedire præ omnib⁹ etiã amiciſſ. propter proximã illoꝝ erga filios proximitatẽ,& pietatem,quã illi poſt deũ habent ad filios lõge max. Ideoq; prima obedientia & reuerẽtia deo,ſcđa vero debetur parentibus. In cuius teſtimonium Moſes olim,deo iubente, in decalogo

calogo in primis posuit mandata de deo colendo,& ,p Deut.6
ximum, deinde prçceptũ de parentibus honorandis. Id Exo.20
quod ipse Christus dei filius suo exẽplo mõstrauit. Ille
enim quum in templo patris prçceptũ esset exequutus
tandẽ, inquit euangelista, descendit cũ parentib⁹ & ve
nit in Nazareth & erat subditus illis. Sic hodie Tobias Lucæ.2
patri nõ Ragueli, vtcunq; charissimo obediuit, vtpote,
qui parentũ in se pietatem nouerat maximã. ¶Iam ve
ro suboritur à nonnullis quæstio tam desiderata q̃ vti-
lis, quoniam prouocet filios ad amandũ parentes, atq;
hoc pacto ad implendun dei mandatum, quod est, ho-
nora parentes. Id quod, ait Paulus, placitum est corã Ephes.5
deo. Est autem quæstio talis. Quæ est ratio, quod vsq;
adeo parentes adficiuntur filijs? Respondendum cen-
suerim. ¶Primo quod filij eorum sunt opus, quod ar-
tifex odio habere nequit. Siquidem parẽtes genuerint
filios, vti artifices sua opera. Hinc scriptura: Parentes Eccle.7
honora, quoniam nisi per illos natus non fuisses.
¶ Secundo quod filiorum caro est caro parentum, nã Ephes.5
(vt Paulus ait) nemo vnquam odit carnem suam, sed
nutrit & fouet eam. ¶ Tertio, quod natura sunt & a-
nima sui similes, iam constat, quia omne animal, teste
scriptura, diligit simile sibi, sic & omnis homo proxi- Eccl.13
mum sibi. Hinc alteruter parentum magis diligit eum
filium, qui sibi magis natura aduenit & moribus.
¶ Quarto, quia filij parentibus magno constant, quos
educant summis curis & laboribus. Siquidem liquet,
magis amamus, quæ pluris emimus. Hinc plerunque
mater plus q̃ pater ardet filios, quoniam ipsa plus pa-
tre in filio educãdo laboris suffert, & maxime prægnãs
adhuc. Quandoquidem quasi omnes fœminæ mox Pli.li.7.
à conceptu decimo die sentiunt capitis dolores, ocu- cap.6.

lorum vertigines tenebrasq; fastidium in cibis, redundatione stomachi, & maxime capillum germinante partu & in plenilunio &c. Hinc paulo superius ad Tobiam iuniorem inquit Tobias senior. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Memor em̄ esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero. ¶ Quinto quod sciunt parentes sibi per filios vitam & memoriam fore longam & immortalem, quum per solam sobolem sequatur posteritas, in qua parentes viuere creduntur, At nihil homini rationi vtēti longa memoria & immortalitate gratius & optabilius. Hinc scriptura. Mortuus est (inquit) pater eius & quasi non est mortuus. Similem em̄ sibi reliquit post se. In vita sua videt & lętatus est in illo. In obitu suo nō est contristatus, nec confusus coram inimicis, Reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Hæ sunt rationes, quibus parentes ita filijs adficiantur, vt illorum salutem æque atq; suam putent, quorum gratia mori non formidant, & thesaurizant, qui & puniuntur maxime in illis, quum aliquoties magis eis q̄ sibi ipsis adficiant, quorum mors illis est omnium luctuosissi, & incolumitas suauissima.

Tobi. 4.

Eccl. 30.

L. isti, §fi. ff. quod metus.

Periodus II.

Et apprehendentes parētes filiam suā osculati sunt eā, & dimiserunt ire: monentes eā honorare soceros, diligere maritū, regere familiam, gubernare domū, & se ipsam irreprehensibilē exhibere.

¶ Data à Raguele socero benedictiōe super filijs Tobia & Sara, subsequitur nūc informatio quam parentes

tes suggesserũt filiæ Saræ prorsus vtilẽ & necessariam
ideoq; circa finem datã, vt hæc arctius memoriæ com-
mendaretur. Ex qua quidẽ informatiõe colliguntur ali-
quæ doctrinæ ꝓ coniugibus quarũ est ¶ prima ipsos
cõiuges debere soceros honorare, & quidẽ non aliter
atq; parentes. Nã sicut socer filij est pater, quẽ ille ho- Deut. 5.
norare ex præcepto dei obligatur, ita & pater est vxo Exo. 20.
ris: qm̃ ipsa cum viro vna est caro ꝓpter sacramentũ
matrimonij iuxta scripturã & Christi dictũ. Vęhe igit̃ Gene. 2.
nuribus quæ male tractãt vel soceros vel socrus, q̃s pa Matt. 19.
tres & matres vocare deberẽt vt ipsa ab illis vocat̃ filia. Mar. 10.
¶ Secunda cõiugẽ suũ virũ diligere. s. verbo & facto, &
quidẽ honeste et pudice nõ libidinose debere: id q̃d pa
rit̃ est honorare: nec aliter q̃ carnẽ suã, quã odio nõ ha-
bet, virũ suum diligere debet, qm̃ eius vna sit caro cum
carne illius. Hic Paulus cũ Petro ait. Mulieres viris sub Ephe. 5.
ditæ sint sicut dño, qm̃ vir caput est mulieris, sicut Chri Collo. 3.
stus caput est ecclsiæ, Sed sicut ecclesia subdita est Chri- I. Petri. 3.
sto, ita & mulieres viris suis in om̃ibus: atq; sic vxor ti
meat virũ. ¶ Tertia coniugẽ. s. vna cũ viro suo debere
gubernare domũ hortante Apostolo q̃q; cum ait. Tu Tit. 2.
aũt loquere, quæ decẽt sanam doctrinã. s. doce adole-
scentulas, vt viros suos amẽt, filios suos diligant, do-
mus curã habentes Est autem gubernare domũ nihil
aliud, q̃ ea quæ inibi sunt agenda, recte partiri: q̃nqui-
dem sunt, quæ magis deceant viros. s. mercari, agros
colere & hoc genus similia, sunt quæ magis decẽãt mu
lieres. s. docere pueros, illis coquere & inseruire, nere, lac
cogere, purgare, lauare: & cõsimilia muliebria, quę mu
lier suo tp̃e facere debet & ꝓ loco gubernare. ¶ Quar-
ta coniugẽ q̃q; debere regere familiã. i. illi recte pręesse.
Quum enim vnicuiq; de proximo suo sit mandatum,

Eccle. 17 quanto magis patri vel matrifamilias de familia suã.
Consistit aũt familia in duob⁹ ¶ Primo in filijs, quib⁹
tria debẽt, parentes. Primo iure naturali educationẽ,
vt videmus in brutis, vnde, nõ debẽt filij parẽtibus sed
parẽtes filijs thesaurizare. Secũdo informationẽ. Hinc
2. Cor. 12. scriptura. filij tibi sunt, erudi illos. Sed q̃d illos erudire
Eccle. 7. debẽt: symbolũ dico, vt inibi discãt spem suã in deum
ponere ex oratione dñica, & eius opera per fidẽ cogno
scere, illiusq̃ mãdata seruare per charitatẽ ex decalo-
go. Tertio correctionẽ à vitijs & scelerib. Siquidẽ sępe
parentes à deo puniunt, q̃m filios non in tẽpore corrè
1. Reg. 2. xerint vt patet in Heli, in Dauide respectu Absalõis &
2. Reg. 3. Aman. vnde scriptura. Qui diligit filiũ, assiduat ei fla-
2. Re. 13. gella. curua ceruicem eius in iuuẽtute, & tunde latera
eius, dũ infans est, ne forte induret, & nõ credat tibi, &
Eccl. 30. erit tibi dolor animæ. ¶ Secũdo cõsistit familia in famu
Eccle. 33. lis quib⁹ coniuges tria q̃q; debent. Primo debẽt illis de-
Luc. 10. bitã constituere & soluere mercedẽ iuxta regiõis con-
1. Tim. 5. suetudinẽ & laborũ quantitatẽ. dign⁹ est mercede ope
rarius. Scđo debẽt illos nõ secus atq; suos filios ad salu
Ephe. 6. tẽ eorũ instruere, & à vitijs cũ correptiõe moderata dè
hortari, non aũt in eos tyrannidẽ exercere, memores
Collo. 3. (vt Apostolus ait) se & illos suum habere dominũ in
cælis, quẽ habeant ante oculos. Tertio ꝓuideat illis ità
laboribus vt nõ ocientur sed operent iuxta possibilita
tem: nemo est ad impossibilia obligatus. circa vtrosq̃
tam & filios & famulos soliciti sint de cibis & vestibus
vt sequãtur naturã, quæ paucis est cõtenta: nimirũ sup-
fluitatẽ sic vitent, vt roborent non luxurientur.

¶ Atq; sane pro ijs debẽt & debitũ suũ reddere filij, & fa
muli fideliter laborae. hortante Apostolo hisce verbis
Ephes. 6 Serui obedite per oĩa dominis carnalib⁹ nõ ad oculũ
seruientes quasi hominibus placentes, sed dño à quo re
cipietis

cipietis mercedē, quodcūq; facitis ex animo operamini sicut dño. Et idem ad Timotheū: doce inquit seruos dominis suis subditos esse, in om̄ibus placentes, nō cōtradicentes, nō fraudantes, sed in omnibus bonā fidem ostendentes. ¶ Quinta debere coniugē esse irreprehēsibilem, ne quū alios velit reprehendere ipse reprehensione dignus sit. Ad hoc aūt vt irreprehensibilis sit requiritur. ¶ Primo, vt sine querela incedat in om̄ibus mandatis & iustificationib' dñi, vt olim Zacharias & Elisabeth. Secundo, vt seruet cōiugalē castitatē & fidē ne alteri se misceat, memor, coniugiū esse honorabile in om̄ibus & thorū inmaculatum. fornicatores vero & adulteros deū iudicare. Tertio, vt sit prudētis & honestæ cōuersatiōis, vt sic lux sua luceat corā hominib' & maxime corā filijs & famulis, vt inde ędificenī & nō scandalizentur, id quod sępe fieri solet. nihil enim ęque attendūt filij sicut exempla parentū. cauendū est ergo scādalū pusillorū: quibus vel apud ethnicos magna habita est reuerentia, vt est apud Iuuenalē. Et hactenus de informatiōe quā Raguel dedit Tobiæ & Saræ, atq; vtinā pleriq; om̄es coniuges illā diligenter seruent.

2 Tim. 2. — Lucę .1. — Hier. 13. — Matt. 5. — Matt. 18. — Iuu. sa. 14.

Caput XI.

CVm'q; reuerterentur, peruenerunt ad Charrā quæ est in medio itinere cōtra Niniuē undecimo die, dixitq; angelus: Tobia frater scis, quēadmodū reliquisti patrē tuum. Si placet itaq; tibi, præcedamus, & lēto gradu insequātur iter nostrum familiæ simul cū cōiuge tua, et cū aīalibus. Cūq; hoc placuisset ut irēt, dixit raphael ad Tobiā: tolle tecū ex felle piscis, erit eñ necessariū.

Tulit itaq; Tobias ex felle illo, & abierunt. Hanna autem sedebat secus uiam quotidie in supercilio mõtis, unde respicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco specularetur aduentum eius, uidit à longe, & ilico cognouit uenientem filium suum, currensq; nunciauit uiro suo, dicens: Ecce ueni filius tuus.

¶ Postq̃ descripta est dispositio ad regressum Tobiæ, iam describitur regressus ipse in contextu, dicente: Cunq; reuerterentur. Vnde ¶ Primo colligimus, prodesse nõnunq̃, vt etiam famulorum & despectorum vtamur consilijs, vtcunq; nos simus statu & officio cæteris prælati. Siquidem deus eiusmodi paruulis & de-
Psal. 18. spectis hominibus suam plerunq; largitur sapientiã.
Psal. 118 Atq; istorum consultatio sæpe prodest, quum ex veritate prodeat: quãdoquidem simpliciores illi venari nequeuntes nihil celant quod videtur consultũ, sub quorum vili panno sæpe latet magna sapientia. Hinc nobis exemplo angelus à Tobia consiliũ requirit, dicens: Si placet tibi, &c̃. ¶ Secũdo à nobis semper rationem esse habendã infirmorũ, atq; illos supportare ex mĩa. Inde Paulus ait: Debemus autem nos firmiores imbe-
Rom. 15 cillitates infirmorum sustinére, & non nobis placere.
1. Pet. 3 & si idipsum potius sit ad spiritum quam ad corpus referendum. Sic Petrus voluit, vt viri condescenderent aliquando mulieribus, tanq̃ vasis infirmioribus. Sic hodie angel' familiã vult lẽto gradu seq, tũ ne plus æq̃ grauet, quẽadmodũ & Iacob olim fecit, dicens ad Esau
Gene. 33 fratrẽ reconciliatum. Prędecat dominus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut vide-

videro paruulos meos posse, donec veniam ad dominum meũ in Seir &c̃. tũ ne videret familia despectuosam paupertatem Tobiæ senioris, qui iudicabatur apũ Raguelem diues & benehabitus ac magnæ authoritatis. Vnde col. ¶ Tertio recte quenq; detegere suam turpitudinem vel quod contra se est, quod nec manifestare tenet. Doct. ll. in. l. si à re. ff. de excep. rei iu, ¶ Quarto col. decẽs & bonũ esse, vt quis conetur honestatem status & generis sui cõseruare p ea, quæ sui sunt generis & status. Hinc angelus ait ad Tobiam. Frater scis, quemadmodũ reliquisti &c̃. vtpote pauperẽ, cæcũ & ignominiosum: non decet autem vt in tali statu despectabili in dedecus tm̃ ab vxore tua & familia de domo diuite & honorabili venientibus sic inueniatur. Placet ergo vt amoueamus huiusmodi defectus.

Periodus I.

Dixitq; Raphael ad Tobiam: At ubi introieris domũ tuã, statim adora dominum deũ tuum, & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum. Statimq; lini super oculos eius ex felle isto piscis, quod portas tecum. Scias enim, quod mox aperientur oculi eius, & uidebit pater tuus lumẽ cœli, & in aspectu tuo gaudebit. Tunc præcurrit canis, qni simul fuerat in uia, & quasi nũcius aduenniens, blandimento suæ caudæ gaudebat. Et exurgens cæcus pater, cœpit offendẽs pedibus currere, & data mana puero, occurrit obuiam filio suo. Et suscipiens

osculatus est eũ cum uxore sua, & cœperũt flere præ gaudio.

¶ Quomodo angelus cum Tobia in cõsultatione de ingrediendo & præcedendo cõuenerint, & eorũ regressus à matre sollicita pręcurrente Tobiæ patri prænũciatus fuerit, p̃cedens period' docuit, nũc quõ sint ingressi pręsens aperit articulus, dicens: Dixitq; Raphael ad Tobiam &c. Vnde coll. ¶ Primo, nobis primam esse curã debere de deo & eius laude, atq; illũ in omnib' esse pa-
Matt. 10 rentibus pręferendũ. Qui enĩ, inquit Christus, amat pa
Marci. 8 trem aut matrem plus quam me, nõ est me dignus. Si-
Lucæ. 9 quidem deus ipse sua paternitate & dominatione præ
Malac. 1 cedat carnales parentes, qm̃ ipse verus sit pater & dominus, qui nos primum creauit, sustentat & gubernat, in cuius manu nostra est vita & mors, Sic ipse domin'
Sapi. 16 alibi in tẽplo in medio doctorũ sedens, maiorem habuit curã patris sui cœlestis, q̃ suorũ parentum carnalium
Lucæ. 2 ad quos dixit. Nesciebatis, quia in ĩjs quæ patris mei sunt oportet me esse? Sic angelus docuit Tobiã, vt ante omnia domũ rediẽs deum adoret, & deinde osculetur patrem. ¶ Secundo col. redeuntes ex peregrinatiõe vel negociatione vel ex bello & eius victoria, imprimis anteqũ quicq̃ agunt debere deo gratias agere de saluo reductu deq; incolumitate & salute, deq; hoc genus alĩjs
Matt. 21 bonis exhibitis. Sic plerunq; semper dominus aliunde
Mar. 12 Ier̃m veniens ingressus est templum, vt ibi deo patri
&. 13. 11. gratias ageret, & deinde doceret. Sic Iudæi quondã de-
Lu. 19. 21 uicto Antiocho rege inimico, mox Hierosolymis in-
Ioan. 2. 5 stituerunt ferias, & Nehemia authore, deo cecinerunt
7. 8 hymnos & sacrificarunt, gratias deo pro saluo regres-
2. Mac. 1 su, proq; victoria feliciter habita.

Periodus

Periodus II.

Cunq; adorassent deum, & gratias egissent, consederunt. Tunc sumens Tobias de felle piscis, liniuit oculos patris sui. Et sustinuit quasi dimidiam fere horam, & cœpit albugo ex oculis eius quasi membrana oui egredi. Quam appræhendens Tobias traxit ab oculis eius, statimq; uisum recepit. Et glorificabant Deum, ipse uidelicet & uxor eius, & omnes, qui sciebant eum. Dicebatq; Tobias: Benedico te domine deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti me. Et ecce ego uideo Tobiam filium meum. Ingressa est etiam post septem dies Sara uxor filij eius, & omnis familia, & pecora sana, & cameli, & pecunia multa uxoris, sed & illa pecunia, quam receperat à Gabelo, & narrauit parentibus suis omnia beneficia dei, quæ fecisset circa eum per hominem, qui eum duxerat. Veneruntque Achior & Nabath consobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiã, et congratulãtes ei de oĩbus bonis, quæ circa illum ostenderat deus. Et per septem

dies epulantes omnes cũ gaudio magno ga
uisi sunt.

¶ Vt Raphael & Tobias ingressi sunt domum patriam, & quō fuerint excepti, partim præcedente periodo intelleximus. Iam quid vltra factum sit scriptura aperit, dicens: Cunq; adorassent &c̃. vnde ¶ Primo colligimus, quod quemadmodum redeuntes peregre anteq̃ rumores referant, prius debent de saluo reditu deo gratias agere, ita quoq; debent misericordiæ amici suscipientes de aliquo quærere, nisi prius egerint & ipsi de saluo reditu gratias, quemadmodum paulo supra docuimus. ¶ Secundo tribulationes, quæ nobis, deo permittente, obueniunt, nos patiẽter debere ferre, nec murmurare sed pro pœna, quam forte mala nostra meruerunt, imputare. Hinc Apostolus ex scriptura ait. Fi

Prouer. 3 Heb. 12 li mi, noli negligere disciplinam domini, neq; fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus, castigat, flagellat autem omnem filiũ, quem recipit. Tāq̃ filijs se vobis offert deus. Ipse autem deus veluti optimus pater castigat aliquoties eũ, quẽ diligit. ¶ Primo,

1. Cor. 11 vt sic q̃d peccauit, tpaliter luat, e æternaliter damnet. Hinc Paul⁹: Dũ à domino iudicamur, corripimur, ne cũ hoc mũdo damnemur, id est, ne quid graui⁹ patiamur alibi post mortem. Hinc deus de se. Ego quos amo,

Apoc. 3 arguo & castigo. ¶ Secundo, ne sine tribulatione ma l⁹ aut peior reddi possit. Sæpe deterioramur, male ipsis vtentes, quod tribulati aduersis haud facimus. Ideoq; Paulus. Et ne, inquit, magnitudo reuelationum me ex

2. Cor. 12 tolleret, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus sathanę, qui me colaphizet. Ita factum esse cũ Tobia non dubitamus, quum ait. Benedico te domine &c̃. Et profecto deberemus deo gratias agere tribulati, quum nō

nisi

nisi in bonum nostrum nos tribulari sinit, siue tribula- Roma.8
tiones meriti simus siue non. Siquidem diligentibus de
um omnia cooperentur in bonum. ¶ Tertio colligi-
mus, deum releuare eum certo & citius aut certe opor
tuno tempore à tribulatione, quam patienter suffert:
qui & naturæ hoc inuidit, vt dura patienter à nobis la-
ta, fiant leuiora. Ipse eñ est, qui infirmat & saluat, mor 2.Reg.1
tificat & viuificat, vt sic. s. simul suam in nobis iustitiã, Sap.16
misericordiam, potentiam & gloriam ostendat, in cui' Iacob.1
manu nostra est vita & mors. Hinc Iacobus, beatus, in
quit, vir, qui suffert tentationem, quia cũ probatus fue
rit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit deus dili-
gentibus se. ¶ Quarto col. nos deo debere esse gratos
pro beneficijs. Sed de gratitudine in sequenti capite ali
qua dicemus.

Caput XII.

TVnc uocauit ad se Tobias filium suum, dixitq́ꝫ ei: Quid possumus dare uiro isti sancto, qui uenit tecum? Respondens Tobias, dixit patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignũ poterit esse beneficijs eius? Me duxit, & reduxit sanum, pecuniam á Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse cõpescuit, gaudium parentibus eius fecit, me ipsum à deuoratione piscis eripuit, te quoqꝫ uidere fecit lumen cœli, & bonis operibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignũ dare? Sed peto te pater mi,

vt

ut roges eum si forte dignabitur medietatẽ de omnibus quæ allata sunt, sibi assumere. Et uocantes eum pater.s.et filius,tulerũt eũ in partẽ,et rogare cœperunt,ut dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant acceptam habere.

¶Receptis à deo per angelũ beneficijs,nũc cogitãt de gratiaR actione & angelo benefactori exhibẽda,vt patet ex cõtextu dicente.Tunc vocauit ad se &c. ¶ Vnde col.nos debere gratitudinẽ semper & in omnibus deo & homini exhibere, tanq̃ eã virtutẽ,quæ est oĩm optima,vnde Apostolus,grati estote, gratias agentes Deo in omnibus. Quia aũt gratitudo laudatissima est oĩm virtutũ, res cælo & hominibus iucunda ex radice oriẽs humilitatis, qua impleri necessum est omnem iustitiã ex re videtur paucis ostẽdere,quid sit gratitudo,& quę ad ipsam requirantur. ¶ Gratitudo proinde est,Thomã Aquinate definiente,virtus moralis,inclinans hominem ad bene se habendum in recompensatione accepti beneficij ad benefactorem, quemadmodum erga angelum inclinati fuere Tobiæ,pater & filius. ¶Primus gradus gratitudinis est, recognitio beneficij tanq̃ doni gratuito exhibiti,cum iugi memoria,& boni cordis adfectu.Ita fecit diua virgo Maria,dicens:Et respexit humilitatem ancillæ suæ,Et prophetæ,quoniam,inquit,misericordia tua ánte oculos meos. Sic quoq; Tobiæ ambò fecerunt. ¶Secundus est beneficij confessio, & laudisona prædicatio.Sic fecerunt tres pueri Hebræi qui non solũ dei beneficia sibi exhibita collaudarũt,sed & oĩa creata ad laudandũ cohortati sunt.Sic alibi fecerunt mutus & surdus à dño liberati.Qui quãto eis magis

Coll.3 / 1.Thes.5 / Matt.3 / Marc.1. / Psal.26 / Exo.15 / Daniel.3 / Mar.7

gis præcipiebatur à dño ne manifestarēt miraculū,tāto magis prædicabāt, & eo amplius admirabanť dicētes, bene omnia fecit,& surdos fecit audire, & mutos loq. Luc.10. 1
Ita quoq; fecit diua virgo apud diuam Elisabetā in cātico Magnificat. Sic hodie Tobias apud suos parētes & amicos recensuit & prædicauit beneficia, quæ sibi per angelum contulerat. ¶ Tertius est retributio pro loco & tempore secundum suam facultatem, Sic Israelitæ grati fuere in Rabaam Hiericuntiam,quam in Hiericuntis excidio solum cum tota domo præstitit incolumen,quod suos hæc exploratores in vrbe depræhensos per diem texisset, quum ad supplicium quærerentur,noctuq; tutos in castra dimisisset. Grat⁹ quoq; fuit rex Dauid in Ionathā, cuius opera sæpe seruat⁹ fuerat, posteaq̄ regno Dauid potitus fuerat. Ionathā ei⁹ filiū cōplexus,quū omnē alioq ,ꝓgeniē Saulis hostiliť insectaret,vnū ob patris memoriā clementer fouit regioq; cōuiuio adscripsit. Sic quoq; gratus esse voluit re ipsa Tobias. ¶Quart⁹ est vsus beneficij ad id ad q̄d datū est: queadmodū & Tobias fecit, ceu in fine libri audiem⁹. Ad q̄d hortať Apl'us, videte,inquiens, ne gratiā dei in vacuū recipiatis. Et ad Titū, Noli negligere gratiā,quę est in te. Hasce quatuor cōditiões habet gratitudo, Ipsa vero ingratitudo dissimulat se bñficiū recepisse, nō laudat, nō magnifacit,non vt donū sed vt meritū cognoscit,nihil nisi aliqñ malū(quod pessimū est)retribuit & beneficio abutitur:q̄d deo maxime displicet. Vnde alibi seruus nequam arguitur, quod talentum tenuerit repositum in sudario nec exposuerit in vsuram. Quum itaque fratres ingratitudo primum angelum & hominem dānarit, gratitudo vero nos omnes saluauit per gratū hominē,scilicet Christū & matrem eius, adeo vt longe plura nobis sunt data,quā ausi fueramus petere, superest

Iosue.2 — 2.Reg.9 — 1.Cor.6 — 1.Tim.4 — Luc.19 — Esaiæ.14 — Gene.3

superest, vt simus deo grati, nimirum recognoscentes corde beneficiũ esse à deo datore, quod recepimus, ob hocq; ipsum laudamus & prædicamus ore, & retribuentes pro loco & tempore, vt rẽtes collato beneficio in dei laudem & salutem nostrã. Hæc de gratitudine, quę in processu omnia latius patebunt.

Periodus I.

Tunc dixit eis occulte. Benedicite deum cæli, & coram omnibus uiuentibus confitemini ei, quia fecit uobiscum misericordiam suam. Etenim sacramentum regis abscondere bonũ est, opera autem Dei reuelare & cõfiteri, honorificum est. bona est oratio cũ ieiunio, & eleemosyna magis q̃ thesauros auri recõdere: quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatẽ, hostes sunt animæ suæ.

¶ Consultationem Tobiarum patris & filij de gratitudine angelo exhibẽda audiuimus, subsequitur nũc responsio angeli. Vnde ¶ Primo colli. deum coram omnibus esse laudandum & confitendum de operib' ipsius & beneficijs, nec solum in secreto & hoc in exẽplum alijs, domino dicẽte: Sic luceat lux vestra coram
Matt. 5. homibus vt videant vestra bona opera, vt inde glori-
Rom. 12 ficent patrem qui in cœlis est. Hinc Apostolus, prouidentes, inquit, bona non tantum coram deo, sed etiam coram hominibus omnibus, Et hoc est, quod angelus dicit.

dicit benedicite &c. Ad hūc sane modū profuerit reue lare opera dei mirabilia, quēadmodū & ipsa æterna de se sapientia dicit, Non abscondā à vobis sacramēta dei sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponā in lucem sapientiæ illius. Alioqui vbi sequeret inhonoratio, irre uerentia vel irrisio dei, certe nō forēt vnicuiq; & omni-tēpore reuelanda. dño dicente. Nolite sanctū dare canib' neq; mittatis margaritas vestras añ porcos, ne forte cōculcēt eas pedibus suis, & canes cōuersi dirumpāt vos, & rursus. non est bonū sumere panē filiorū, & mittere canibus. & alibi scriptura. gloria dei est celare verbū, & gloria regum inuestigare sermonē. Ideoq; quod scimus, vtrūq; bonum & sanctū, non est reuelandū nisi ꝓficientib' & dū cedit in dei honorē & ꝓximi vtilitatē vnde ¶ Secundo coll. nos non debere celare proximū ea quæ ipsum ædificare possunt, id quod est inuidiæ & maleuolentiæ. nec erit inquit scriptura, talis homo particeps sapiētiæ. propterea ēm deus famulis suis cōtulit gratiarū talenta, vt ipsa nō fodiāt sed in vsurā collocēt. Atq; hinc est, quod scriptura, ait. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Ita nimirū Apostoli & pleriq; oēs sancti doctores factitarūt. ¶ Tertio coll. nō esse maxime dominorū & regū, secreta reuelanda. qui enim ambulat fraudulenter reuelat arcana. etiā si reuelant, in regimine aliquoties bono impediuntur. Quarto col. Eleemosynā, orationē & ieiuniū valde prodesse ad vitam æternam, vt ferme omnes testantur scripturę, quæ ad ea hortantur. Atq; sciendum, orationem esse quasi auiculā, volātem ante deum, ibi mandatum peragens, quo caro nequit. Cuius alæ sunt ieiunium & Eleemosyna. Ieiunium quidem leuem facit orationem, vt cito euolet. Hinc apostoli olim oraturi ie-

Sapi. 6. Matt. 7. Matt. 15. Prou. 15. Sapi. 16 Prou. 5. Prou. 11.

iunabant, sed eleemosyna pinguem facit, ne deficiat in
Eccle, 35 via. Vnde scriptura, oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Et alia: Cōclude eleemosynam in corde pauperis & hæc pro te ex
Eccle. 29 orabit ab omni malo. Et rursus. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Et licet ieiunium & oratio & eleemosyna vtilia sint, & maxime ieiunium sanet pestem corporis, & oratio animi, eleemosyna vero vtrunque, nihil tamen eorum facere possunt thesauri absconditi, hinc scriptura. Non proderūt
Prou. 10 thesauri impietatis. Et alia, argentum & aurum eo-
Ezech. 7 rum non valebunt eos liberare in die furoris domini.

¶Quinto, peccantes, sibi animabusque suis inferre nocumentum. Hinc propheta: Qui diligit iniquitatem, o-
Psal. 10 dit animam suam.

Periodus II.

Manifesto ergo uobis ueritatem, & non abscondam à uobis occultum sermonem. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino. Et quia acceptus eras deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. Et nunc misit me dominus, ut curarem te, & Saram uxorem filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim sum Raphael angelus unus ex septē, qui astamus ante dominū.

¶Iam

¶ Iam subinde Raphael angelus aperit Tobiæ veritatem absconditã. & quidem primo quod beneficia, quę tam Tobię Iuniori fecit & Sarę. Secundo quo ad beneficia, quæ illis in humana effigie cõtulit. Ex quibus col.

¶ Primo angelos à deo nobis esse ceu seruos & ministros in eis, quæ ad nostrã pertinent salutẽ, Vnde Apostolus: nõne inquit om̃es sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi, ꝓpter eos, qui hęreditatẽ capiunt salutis? Ita Raphael fuit Tobiæ minister in deferendis bonis operibus ad deũ Max. ¶ Secundo nihil prorsus nostrarũ operationũ latere deũ, vtpote quas illi angeli sui deferunt. Non quod ipsi deo aliquid inibi manifestent, quũ ei oĩa anteq̃ fiant, sunt & eius oculis nuda & aperta, sed ad consulendũ super hoc diuinũ cõsilium, quid propter hoc sit agendũ circa iustos, vnde ꝓpter bona Tobię opera, quę angelus ad deum obtulit, missus fuit ipse angelus à deo ad illuminandum Tobiam & sic coll. ¶ Tertio nullum plane bonum manere apud deum irremuneratum nec aliquod malum impunitum, vti & historia de diuite epulone & Lazaro clare ostendit in verbo Abrahæ ad diuitẽ. Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, Nũc aũt hic consolat̃, tu vero cruciaris. Ita quoq; dñs ad Caĩm dicebat: quare iratus es, & cur cõcidit facies tua? nõne si bene egeris, recipies? sin aũt male, statim in foribus peccatum tuũ aderit? Ita quæ Tobias fecit bona, suam habuerũt mercedem tẽpore oportuno. ¶ Quartò bonos plerumq; tribulari, non vt demereantur, sed vt eorum patientia probetur, vt deinde sublimius coronari valeant. Sicut enim ait scriptura, vasa figuli probat fornax, sic homines iustos tentatio tribulationis. Et Petrus, contristari, inquit, in varijs oportet tribulationibus

Hebre 1.
Heb 2. 4.
Eccl 15.
Luce 16.
Gene 4.
Eccl 27.
1. Pet. 1

tionibus, vt probatio fidei multo preciosior sit auro.
Iaco.1 Ideoq; Iacobus ait: Beatus qui suffert tẽtationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit deus diligentibus se. Præterea eiusmodi tribulationis probatio proficit alijs, quia inde & ipsi ad per-
2. Tim.3 seuerantiam in bonis cohortantur, scientes, quod omnes, qui volunt pie viuere in Christo Iesu persequutionem patientur. Hinc superius dixit scriptura, deum tribulationes Tobiæ & Iob permisisse, vt posteri hinc
Tobiæ.2 caperent exemplum. s. constantiæ in aduersis. ¶ Quinto colligimus, Septem esse angelos, qui scilicet in cælo adstant ante dominum, scilicet, ipsum sine fine collaudantes, ex quibus Raphael est vnus. Id quod non accipiendum est, quasi septem sint dũtaxat angeli Deo administrantes, verum, quod intelligantur septenario numero vniuersi angeli, quorũ sunt infiniti, vt sic more scripturæ numerus finitus ponatur pro infinito. Siquidẽ septenario numero intelligatur vniuersitas, quæ valde magna est in angelis. Vnde in Daniele legimus.
Danie. 7 Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia adsistebant ei. De septenario numero alibi.
Apoc.1 Sic in Apocalyp. Gratia, inquit Ioannes, vobis & pax ab eo, qui est & qui erat, & qui vẽturus est, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt.

Periodus III.

Cunq; hæc audissent turbati sunt, & tremẽtes ceciderunt super terram in faciem suam. Dixitq; eis angelus: Pax uobis, Nolite timere. Etenim quum essem uobiscum per uoluntatem dei eram, ipsum benedicite &

te & cantate illi: uidebar quidem uobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus uideri non potest, utor, tempus est ergo, ut reuertar ad eum qui me misit, uos autem benedicite deum, & narrate omnia mirabilia eius. Et cũ hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & ultra eum uidere non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt deum. Et exurgentes narrauerunt mirabilia eius.

¶ Quamuis alias & maxime in nostris Centurijs varia & multa & forte scitu non indigna diximus de natura angelorum, & quales illi sint, quia tamen & hic locus requirit, vt de angelis aliquid dicamus, superaddemus nonnulla scitu pariter necessaria, atq; sane, ¶ Primo sciendum est, angelos, authore Apostolo, non esse Hebræ.1 aliud quam administratorios spiritus in ministerium missos propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, id est, propter homines. Vnde & ante ipsum propheta ad deum. Qui facis, inquit, angelos tuos spiritus. Ex quibus Psal. 103 ¶ Primo accipimus angelos esse ministros & quidem in primis dei esse ministros, scilicet, non ad necessitatem, sed ad gloriam ipsius maiestatis. Vnde Daniel Danie. 7 ait, Angelorum millia millium ministrare ei, & decies centena millia adsistere ei. Hinc & in loco superiore Raphael angelus dixit, se esse vnum ex illis septem, qui astarent ante dominum, scilicet, collaudantibus ipsum & dicẽtibus hoc in Esaia. Sanctus, sanctus, sanctus, do- Esaiæ. 6

Esaiæ. 6. minus deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius, et hoc in Apoc. sedenti in trono & agno. Benedictio & honor, & gloria & potestas in secula seculorũ.
Apoc. 5. ¶ Secundo deinde quoque intelligimus eos esse nostros ministros, vt. s. nostra ad deum referant, & ab ipso reportent, vt paulo supra audiuimus, vnde & nũcij dicuntur, quoniam in salutem nostram mittuntur. Non tamen, quia deo, quæ ipse nesciret (qui nulla ignorat sed oĩa nouit) annũtient, sed quoniam ab ipso illi
Psal. 33. Eccl. 15. Hebr. 4. Matt. 6. consilium capiant, quid sibi faciendum, quid quibus & quando nuntiandũ sit, & ab eo veritatẽ & voluntatẽ ipsius addiscant sine corporali sono, & sic quoq; deferunt nostras orationes ad deũ, scire satagunt, quid propterea eos oporteat facere circa iustos, sic Raphael ꝓpter orationes & eleemosynas Tobiæ missus est, vt ipsum ideoq; illuminaret: queadmodũ nos oram⁹ deum, quia sic vult, nõ quia illi notificem⁹ nostas necessitates quas ipse nouit, anteq̃ petimus & hoc est, quod ꝓpheta in spũ alloquit angelos dicẽs: Benedicite dño omnes angeli eius, potẽtes virtute faciẽtes verbũ illius ad audiendã vocem sermonem eius. Benedicite domino oĩes virtutes eius, ministri eius, qui facitis vo-
Lucæ 11. Psal. 102. luntatem eius. ¶ Tertio quod quoniam sunt ministri & nuncij, necessum est, vt sint substanriæ, quæ sentiant, ratiocinentur & intelligãt. Quarto quod quum sint spiritus, necessum est, vt (Christo teste) neq; carnẽ
Lucæ 24. neque ossa habeant: atque ita plane sint angeli incorporei & inuisibiles, & subsequenter ipsos non posse agere ea, quæ sunt corporearum substantiarum, vt comedere, bibere &c̃. ¶ Sed iquis si ita, q̃d ergo toties scriptura tradit angelos non solum hominibus esse visos, sed & vsos esse ministerijs, quæ absque corpore imple-

ri

ri non possunt, præsertim apud viuentes in corpore,
vtpote homines. Siquidem legerimus angelos transi-
isse de loco ad locum, visos patribus & apud eos intras Cene.18.
se, lauasse pedes & bibisse & manducasse: quemadmo- Gene.19.
dum, in Tobiam factitasse audimus angelũ Raphael Lucæ.1.
qui & sic corporeus apparuit, vt semp pro homine fu Acto.12.
erit reputatus. ¶ Respondeo angelos omnino in sua
natura esse incorporeos, sed virtute diuina & dispensa
tione aliquoties sibi adsumere corpora atque agere
ea, quæ non nisi ministerio corporum agi possunt: sed
non indigent eis corporibus vt ipsi iuuentur, qui pro-
pter se corpore nõ indigent, sed vt homines adiuuent,
qui cum corporei sunt naturaliter, non nisi per cor-
porea peruenire possunt ad ea, quibus beate viuetur.
et hoc est, quod Apostolus aiebat. Inuisibilia dei per ea Rom 1.
quę facta sunt intellecta conspiciuntur. Hinc est, quod
cum homines ea, quæ cæli erant & spiritus intelligere Psal.105.
adeo non possent, vt honorem darent creaturæ, qui
erat creatoris, deus ipse q & (spũs est) factus est ob mise
ricordiam homo corporeus & carneus, vt sic coporei Ioann4.
à corporeo intelligerent: & si deus ipse sua omnipoten Sapie, 8.
tia quæcunque nobis necessaria sine aliquo instrumen
to largiri posset, quoniam nullius indiget, ipse tamen
secundum æternam suam sapientiam non sua sed no-
stra necessitate, quærit oportunitatem, attingens à fi
ne vsque ad finẽ fortit, & disponens omnia suauiter.
Et hinc est quod ꝑpter nos vtitangelis ministris mo-
do sine corporbus, modo cum corporibus finitq; eos
agere ea quæ corporum sunt, vt fidem nobis corpora
libus faciant. Atq; sic quemadmodum olim Christus Luc. 24.
post resurrectionem visibiliter & tractabiliter appa- Io.20.21
ruit, & comedit cũ discipulis non phantastice sed vere

non necessitate sed potestate & aliorum vtilitate, sic & Raphael angelus ait. Nolite timere. Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem dei eram &c. videbar quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus nõ videri potest, vtor.

¶Sed rursum dicit quispiam, videtur ergo angelus dicere se non vere comedisse sed ficte: ac ita contrarium est ei, quod paulo ante dixisti. ¶Respondeo tria attendi in comestione. Primum est cibi potusq; adsumptio. Secundum, cibi potusq; sumpti in ventrem traiectio atq; hæc duo fiunt per motum localem, ideoque fieri possunt ab angelis in corpore adsumpto, quoniam natura corporalis obedit angelis quoad motum localẽ, veluti patet in omnib⁹ angelis, qui authoritate scripturæ, hominibus aliquando apparuerunt. Tertium est cibi potusq; attracti conuersio per virtutem nutritiuã, id quod in angelis esse nequit, quum non habeant corpora naturaliter sibi vnita, & sic subsequenter nequaq̃ nutribilia. Insuper hæc conuersio nutrimenti nihil conferret eis, ad quos mitterentur: Nec deus quid frustra & superflue facit. Et hoc est, quo ad tertiũ angelus ait. Videbar quidem vobiscum manducare & bibere, scilicet, accipere in nutrimentum meum, cibum sed non accepi ita, quum natura spiritus vtor cibo spiritali & inuisibili. ¶ Quinto proinde colligimus angelos vesci cibo spirituali & inuisibili in conseruationem sui. At quo

Ioan. 6 tali cibo: vtiq; Iesu Christo, agno immaculato, non ipsum morsibus vt carnem laniando & in carnem vertendo, sed per internam visionem, & intuitionem, fruitionem: veluti ipse est in gloria dei patris, glorificatus, non potens nisi spiritualiter sumi, vtcunq; corpore & spiritu sumitur, quemadmodum & ipsi nos illum in

Eucha-

Eucharistia manducamus. Quam sane manducationē tunc intelligemus, quum manducabimus ipsum in cælo cum angelis si spiritualiter & vibiliter spiritui, vt nunc inuisibiliter comedimus iuxta prophetiam dicentem. Panem angelorum mãducauit homo, panem cæli dedit eis, scilicet, hominibus in Eucharistia. Sicut nũc Christum corpore & anima vere manducamus & inuisibiliter, & tamen spiritualiter, quia in corpus nostrũ non mutatur, sic angeli per internam visionem in cælis spiritualiter & visibiliter: quandoquidem ait Christus. Dico enim vobis, qnia angeli eorum, semper vident faciem patris mei, qui in cælis est. Illa nimirum visio est cibus ille inuisibilis, quem manducat angelus in cœna illa agni in throno ad dexteram patris sedentis. De qua in Apocal. Beati, qui ad cœnam nuptiarũ agni vocati sunt, Beatus igitur est & Raphael. ¶Sexto col. angelos expedito negotio, cuius gratia sunt missi, redire ad deum. Non quia missi à Deo recedant, qui semper scilicet sine intermissione vident faciem patris, qui in cælis est, semperq; intra deum currunt: sintq; vbique præsentes, ceu spiritus, sed quoniam disparent relictis corporibus. An vero simplici spiritali substantia subsistentes corpora, quum opus est, sumant, rursumq; expleto opere, ponãt in eandem de qua sumpta sunt, materiam dissoluenda, non facile dixerim, comperiens in hoc patres varia sensisse, nec illud scire plurimum referre puto. Quid eñ in ijs prodest curiosum esse, quæ nobis supra sensum hominum ostensa sunt? Suffecerit nosse, quæ hactenus contulit Deus de angelis. ¶Septimo colligimus, nos debere singulariter pro omnibus singularibus beneficijs esse gratos, Apostolo dicente: Gratias agentes semper pro omnibus in omnibus, in

Psal. 77

Matt. 8

Apoc. 19

Eccle. 3

Ephes. 5

nomine domini nostri Iesu Christi. Sic parentes Tobię vna cum affinibus tribus horis prostrati in faciē bene dixerunt deū propter tria collata beneficia. s. illuminationis Tobiæ, & directiōis sui filij & liberationis Saræ à dæmonio. Et tm̄ de angelis, quantū hic sufficere arbitrati sumus. Sed quid, ais, est, quod parētes Tobię & o-
Iudic. 13 mnes cœperint tremere propter angelū intellectū? Re
spōderim primo, qd forte quia aliquādo angeli apparuere terribili vultu, sicut ille, q apparuit vxori Manue
Gene. 19 & ipsi Manue. Scdo quia plerunq; mittebant à deo ad malū pœnæ infligendum & nunciandū veluti erāt, qui
2. Re. 24 nuntiabāt tēpore Loth interitū Sodomę & Gomorrę.
Velut quoq; erat ille, qui tātā multitudinē populi regis Dauid pestilentia percussit. Hinc angelus hodie ait: Nolite timere. Tertio quod is timor ꝓueniebat ex quadā superstitiōe, ex verbo dn̄i quondā male intellecto proueniente. Quia em̄ olim Moses desideraret videre faciē dn̄i, vt est in diuina essentia, dicens: Ostēde mihi gloriā
Exod. 33 tuā, respondit dn̄s. Nō poteris videre faciem meā. Nō
em̄ videbit homo me, & viuet. Cœpit proinde inualescere opinio apud rudiores, quod qui videret deū vel angelū etiā humana & sensibili specie, & ipse esset moriturus. Hinc Gedeō, viso angelo, dixit: Heu mi dn̄e deus qa vidi angelū dn̄i facie ad faciē. Cui ille: Pax tecū, Nę timeas, nō morieris. Et Manue quoq; viso angelo ad
Iudic. 13 vxorē suā dicebat. Morte moriemur, qa vidimus dn̄m.

Caput XIIII.

APeriens aūt Tobias senior os suū, benedixit dn̄m, & dixit: Magnus es dn̄e in æternū, & in oīa secula regnū tuū, qm̄ tu flagellas & saluas, deducis ad inferos, & reducis,

ducis,& non eſt,qui effugiat manũ tuã. Cõ
fitemini dño filŋ Iſrael, & in cõſpectu gen-
tium laudate eũ, quoniã ideo diſperſit uos
inter gentes,quæ ignorant eũ,ut uos enarre
tis mirabilia eius, & faciatis ſcire eos, quia
non eſt alius deus omnipotens præter eum.
Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates no-
ſtras,& ipſe ſaluabit nos propter miſericor-
diã ſuam. Aſpicite ergo quæ fecit uobiſcũ,
& cũ timore,& tremore confitemini illi,re
gemq́ ſeculorũ exaltate in operib. ueſtris.
Ego aũt in terra captiuitatis meæ cõfitebor
illi, quoniam oſtendit maieſtatem ſuam in
gentem peccatricem. Conuertimini igitur
peccatores,& facite iuſtitiam corã dño cre-
dentes quod faciat uobiſcũ miſericordiã ſu
am. Ego autẽ & anima mea in deo lætabi-
mur.Benedicite dominũ omnes electi eius,
agite dies lætitiæ,& confitemini illi.

¶Quoniã angelus in periodo præcedẽti dixerat hono
rificũ eſſe reuelare opera dei,atq; illi propterea eſſe be-
nedicendũ.Ideoq; Tobias aperiẽs os incipit deũ bene-
dicere & laudare,dicens,Magnus es dñe, Ex qbus ſane
verbis bñdicit deũ. ¶Primo ab eo,qa ſit oñipotens &
ætern⁹, cuius regni & dominatiõis nõ ſit finis. Hinc ad
ipſum Dauid,regnũ tuũ,inqt,regnũ omnium ſeculoꝝ, Pſa. 144
& dominatio tua in omni generatiõe & generationẽ.
Id qđ olim quoq; Gabriel dixit Marię,inquiẽs,Ecce cõ
cipies

cipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius
Iesus. Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur. Et
dabit illi dominus deus sedē dauid patris sui, & regna-
Lucæ. 1. bit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis.
Mich. 4. Hinc est, quod solus vnus est Deus, qm̄ vnus dunta-
xat talis est. ideoq; laudandus iuxta ꝓphetā dicentem.
Cantate dn̄o & benedicite nomini eius, qm̄ magnus
Psal. 98. dominus & laudabilis nimis, terribilis est super om̄es
deos, quoniam oēs dij gentium dæmonia ¶ Secundo
ab inseparabilitate eius iustitiæ & misericordiæ, vtpote
quod æque sit iustus in puniendo atq; misericors in re
mittendo, & iustus nō obliuiscatur suæ misericordiæ:
& misericors nō relinquat iustitiam. Hinc Dauid. mi-
Psa. 100. sericordiam & iudicium cantabo tibi dn̄e. Ideo hodie
Tobias ait. quoniā tu flagellas &c̄. quæ nimirū etiam
alibi scriptura habet sic. Dominus mortificat & viuifi-
1. Reg. 2. cat, deducit ad inferos & reducit. Proinde, vt nemo de
bet desperare de misericordia dn̄i, sic etiam nemo de i-
psa præsumere debet, verū beatus, qui semper pauidus
est. Sicut enim inquit propheta, misericordia domni ab
Phil. 102. æterno & vsq; in æternum est, ita & iustita illius in æter
num, vtpote nullum malum relinquēs impunitū, nec
bonum irremuneratum. ¶ Nec est, quod quis eius pos
sit potentiam & iustitiam effugere, Hinc ꝓpheta, quo
Psal. 138. ibo (inquit) à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?
Ideoq; Tobias paulopost hortatur, dicens, conuertimi
ni igitur peccatores, & facite iustitiam coram deo, cre-
dentes, quod faciet vobiscum misericordiam suam.

¶ Vnde docet, neminem debere desperare propter
seueram iustitiam dei, verum bene operando & facien
Iohel .2. do & iustitiam, ambire misericordiam ipsius quam
non negabit. Sic Iohel ait, Cōuertimini ad dominum
deum

deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiēs & multæ misericordiæ & præstabilis super malitiam. Quis scit, si cõuertatur & ignoscat & relinquat post se benedictionem? Et Dauid inquit Miserator & miseri- Psal.102
cors dominus, longanimis & multū misericors. Nō in perpetuū irascetur, neq; in æternū cōminabitur. ¶Tertio à sapientia immēsa, quoniā tam sapiens sit deus, q̄d ex malo pœnę etiā bonū duplex elicere potest. Siquidē punit, & punito se emendanti largitur ita misericordiā, vt interim alij sic discāt agnoscere deū. Ita ille filios Israel propter pctā dispersit inter gentes, vt sic nō remaneret dedecus culpæ sine decore iustitiæ, vnde vidētes gētes cœperūt relinq̄re idololatriā & cōuerti ad vnū deū. Id quod vel hodiernis tēporibus adhuc facere potest. Quod nulli nisi adscribendū est eius sapientiæ, quæ (vt propheta ait) nō habet numerū. Nec quicq̄ laudis inibi Psal.146
nobis est adscribendū, quandoquidem quidq̄d nobis mali euenit, ob pctā obuenit nostra. Quicquid boni & salutis, obuenit ex mīa Dei, velut ipse alias de se ait. Ex te pditio tua Israel, tm̄mō in me auxiliū tuū. Eiusmodi vero dei laudū præconia à nobis etiā inter malos sunt Oseæ. 13
recensenda, vt sic ipsi ędificentur cōuertendo. Quo attinet dictū saluatoris. Sic luceat lux vestra corā homini- Mat.5
bus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrum, qui in cælis est.

Periodus I.

Ierusalē ciuitas dei, castigauit te dominus in operibus manuū tuarū. Confitere dn̄o in bonis tuis, & benedic deū seculorū, ut reædificet in te tabernaculum suū, & reuocet ad te omnes captiuos & gaudeas in omnia secula

cula seculorum. Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te. Natio- nes longinquæ ad te uenient, & munera deferētes, adorabunt in te dominum, & terram tuam in sanctificationē habebunt. Nomen enim magnum inuocabunt in te. Maledicti erunt, qui contempserint te, & condemnati erūt omnes, qui blasphemauerint te, benedictiq; erunt, qui ædificauerint te. Tu autē lætaberis in filijs tuis, qm̄ omnes benedicentur & congregabuntur ad dominum. Beati omnes, qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua. Anima mea benedic dominum, quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus eius dominus deus noster. beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad uidēdam claritatem Ierusalem. Portæ Ierusalem ex sapphiro & smaragdo ædificabūtur, & ex lapide precioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius sternentur, & per uicos eius alleluia cantabitur. benedictus dominus, qui exaltauit eam ut sit regnum eius in seculum seculorum super eam, Amen.

¶ Posuit hactenus scriptura cōfeßionē Tobiæ, in qua illè

ille cõfessus est dei veritatem & misericordiã, in qua & ipse Dei beneficia recensuit vnà cum deuota oratione, Vnde duo docuit. ¶Primo vt diuina in nos beneficia corde semper & ore prędicemus, & flagella eiusdem timeamus. ¶Scdo vt si quid salutis & inueniendę veritatis operari volumus proderit præmittere orationẽ, vti olim Apostoli factitarũt. Ita Tobias præmissa ad deũ benedictione & oratione repletus est spiritusancto, cuius ductu cœpit vaticinari de futuris duplicis Ierusalẽ ciuitatis. s. historicæ & mysticæ, & quidem triumphantis. Est autem secundũ sensum literalem historica ¶Ierusalem illa, quæ quondam fuit metropolis in regno Iudęæ, fundata à Melchisedech & dilatata per Solomonem & roborata, de qua passim fermè omnis scriptura, quæ & ipsa eam appellat ciuitatem dei, quoniam primo inde lex Dei emanarit, dicente propheta, De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem. Esaiæ. 2
Tum etiam quia ad cultum dei fuerat electa, quare & 2. Para. 6
à propheta dici cœperit solium domini. De futuris Hier. 3
itaque eius Dei ciuitatis, Tobias prophetizat.

¶ Primo, quod futurum sit, vt ipsa per destructionem & deuastationem castigetur, hinc castigauit *in præterito* dicit ob certitudinem. Non enim ipsa Hierusalem viuente Tobia fuit destructa sed eo defuncto: nimirum à Salmanazar sexto anno regis Ezechię Iuda. Destruendam autem ait illam propter Hiero- 4. Re. 18
rosolymitanorum opera, scilicet, mala, id est, peccata. Vnde propheta, peccatum peccauit Hierusalem, propterea facta est instabilis. Triplex autem eorũ erat pec- Treno. 1
catũ, quod passim cõmemorat scriptura, & vnũquodq; significatur per ciuitatis destructorem vnũ. Fuit enim peccatum auaritiæ, & signatur per Nabuchodonozor

pecca-

peccatum luxuriæ, & signatur per Sesac regem Aegypti, peccatū superbiæ, & signatur per Antiochū regem Syriæ. Huius autem destructionem deflet Hieremias, inquiens inter cætera, Recordare domine quid acciderit nobis, intuere, & respice opprobrium nostrū. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo. Quam aūt horrenda fuit eius desolatio, inibi plusq̄ graphice deplorat sanctissimus propheta. Ideoq; Tobias hortatur, vt orent quatenus ibi deinde reædificetur templū domini, quod miserrime per hostes destruebatur. Vnde alius propheta.

Tren. 1. 5

Psal. 78 Deus venerunt gentes in hęreditatem tuam, polluerūt templum sanctum tuum. ¶ Quia vero, fratres nos ipsi sumus in mysterio Ierusalem, & sancta prędicta plane nunc abundent in nobis & sint nobis prædicta, Apostolo teste in figuram nostri facta & ad correptionem nostram, in quos seculorum fines deuenerūt, non possum, non timere, quin & ipse dominus ita nos sit castigaturus, maxime quod nobis eiusmodi suppliciūm tot signa portendunt. Superest nihil aliud, quam vt cū Niniuitis pœniteamus, & oremus dominum, vt suum tabernaculum, id est, cor nostrum per remissionem peccatorum reædificet &c̄. ¶ Secundo prophetizat, futurum est, vt ipsa Ierusalem illuminetur, sintq; ad ipsam venturæ nationes alienæ & in ea dominum adoraturę

1. Cor. 10

Esai. 60 & illi munera oblaturæ. Id quod & Esaias prophetarat, dicens: Surge Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem domino

domino annuntiantes. Id autem completum deinde est, quando nato Christo, luce mundi, tres magi venerunt, atq; ipse Christus in templum oblatus est. Simeone dicente. Lumen ad reuelationem gentium &c. Matt 2. Lucæ 2.

¶ Et hactenus de prophetia Ierusalem historicæ, sequitur nunc de prophetia Hierusalem mysticæ scilicet ecclesiæ triumphantis quæ est ipsa æterna patria & cõgregatio ibi existentium, sic dicta per quasdam conditiones, quæ vtrobiq; reperiuntur. Est autem illa vt (Apostolus ait) quæ sursum est libera mater nostra, vt pote, quo omnes tendimus, quo propheta olim in spiritu tractus est, de se dicens. Eleuauit me spiritus inter cælum & terram, & adduxit me in Hierusalem in visiõne dei. Gala 4. Ezech 8. ¶ Primo quidem suam alloquens animã ei, ꝓphetizat se habituram talem Hierusalem, quæ sit prorsus ab omnibus aduersis tuta & secura. Qualis autem non potuit futura esse Hierusalem historica, quę adhuc tribulatur ab infidelib⁹. Iuxta dominũ in Luca prophetantem. Et Hierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur tempora nationum. Lucæ 21. Nec talis fore potuit mystica secundum sensum moralem pro anima hominis, q̃nquidem illa, teste Apostolo, donec est in corpore à carne tribulatur. Rom 8. Nec talis fore potuit mystica secũdum allegoriam, quæ est ecclesia militans, q̃nquidem domino teste, quæ habitura sit tribulationem vsque ad finem mundi, illo dicente. In mundo pressuram habebitis, in me aũt pacem, Iohan. 16 fore ita potuit mystica Hierusalem secundum sensum Anagogicum, quæ est ecclesia triumphans, carens omni tribulatione, quoniam in ibi inquit Apoc. Deus omnem lachrymam ab oculis electorum absterget, vbi neq; vltra est mors neq; clamor neq; luctus neq; dolor, sed. s. gaudium istud, quod Apoc. 21

Ioha. 16. à nullo ibi existente auferri potest:ibi enim sedet popu
Esaię. 32. lus in pulchritudine pacis ideoq; ait se illic fore beatũ
Lucæ 16. idest omnibus bonis abundantem & nihil cupientem,
maxime si & illic sui secum viderent claritatem Hieru
salem. In argumentũ, quod quemadmodũ damnatis
apud inferos excrescit pœna ex pręsentia proximorũ,
sic q̃q; in cælis excrescit lætitia beatis ex pręsentia suorũ.
¶ Secundo ꝓphetizat de pulchritudine supernæ Hierusalẽ, vtpote cui⁹ muri & portę & plateę resplẽdeãt p̃ciosis & radiantibus lapidibus: nec dubitandũ est de pul-
Apoc. 21. chritudine supernę Hierusalẽ, quũ ipsa Apoc. teste, hęc
sit ciuitas, quæ nõ eget: neq; sole neq; luna, vt luceãt in
Psal. 95. ea qm̃ claritas dei illuminet ipsam. præterea q̃q; inibi
sit ille in cui⁹ cõspectu est cõfessio & pulchritudo. Hæc
vero pulchritudo metaphorice subindicat̃ per splendo
rem p̃ciosorũ lapidũ, qui tñ mystice nõ aliud significãt,
q̃ virtutũ merita, quibus electi habẽt ingressum ad di-
Ioha. 14. stinctas mansiones cælestis Hier. secundũ distinctiões
meritorũ. ¶ Tertio ꝓphetizat in superna Hier. in secula
seculorũ, .i. æternalit̃ canens Alleluia .i. hymnũ lætitiæ
Psal. 83. & laudis, vt alibi declaraui. Vnde propheta: Beati qui
qui habitant in domo tua dñe, in secula seculorũ laudabũt te.

Caput. XIIII. idemq; ultimum.

ET consummati sunt sermones Tobiæ, & postq̃ illuminatus est Tobias, uixit annis quadraginta duobus, & uidit filios ne potũ suorũ. Completis itaq; annis centũ duobus, sepultus est honorifice in Niniue. Quiquagita nãq; et sex ãnorũ lumẽ oculorũ

amisit

amisit, saxegenarius uero recepit. Reliquũ uero uitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris dei perrexit in pace. In hora aũt mortis suæ uocauit ad se Tobiam filiũ suum, & septẽ iuuenes filios eius nepotes suos, dixitq; eis: Prope erit interitus Niniue non eñ excidit uerbum dñi, & fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eã. Omnis aũt deserta terra eius replebitur, & domus dei, quæ in ea incensa est, iterũ reædificabitur, ibiq; reuertẽtur oẽs timentes deũ, & relinquent gentes idola sua, & uenient in Hierusalẽ, & inhabitabũt in ea, & gaudebũt in ea oẽs reges terræ, adorantes deum Israel.

¶ Posito de superna Hierusalẽ vaticinio, ꝓsequitur nunc Tobias lucidiorẽ illius declarationẽ apud filium & suos nepotes, vt patet in textu, dicente: Et cõsummati sunt &c. in quo ¶ Primo quidẽ recenset scriptura decursum vitæ Tobiæ, quẽ satis longũ & felicẽ habuit ex timore dñi, in quo à pueritia vixit. In argumentum, nõ male cedere ijs, qui dominũ timẽt, quibus ille prędixit. Vnde ipse Tobias paulo supra dicebat ad filium. Noli timere fili mi. Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus deum, & recesserim' ab omni peccato, & fecerimus bene. Ita nimirum Tobias quia timuit, bene vixit & bene mortuus est: nimirũ in pace: qui & honorifice sepultus Psal. 113. Tobię 4.

est, contra schismaticos, qui hactenus omnem honesta tem sepulturę contra omnem scripturam improbarũt, quos alibi multis confutauimus. ¶ Secundo declarat prophetizando nepotibus quæ paulo supra de superna Ierusalem prophetauit, interim quoq; prophetizãs, prope esse interitum Niniue ciuitatis, qui & olim per
Ione. 1.2 Ionam erat prædictus, sed dilatus ob pœnitentiam Niniuitarum. quia vero recidiuarant, denuo illis idem interitus est prædictus per prophetam Naum & per Tobiã, qui certo futurus erat ex verbo domini, quod non transit in vanum. Non enim est deus vt mentia-
Num. 32 tur vt homo, de se dicens: Ego dominus & non mutor
Malac. 3 Et alias. Consilium meum stabit, & omnis voluntas
Esai. 46 mea fiet. Sic Christus ait. Cælum & terra transibunt,
Mat. 24 verba autem mea non præteribunt. Ita fratres cum & idem nobis interitus sit imminẽs nisi peccata relinquamus, non est, quod vacillemus ob tardum illius aduentum, quasi deus non sit venturus in suo flagello. Quo-
2. Pet. 3 niam, inquit Petrus, non tardat dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

Periodus I.

Audite ergo filij mei patrem uestrum: Seruite domino in ueritate, & inquirite, ut faciatis quæ placita sunt illi, & filijs uestris mandate ut faciant iustitias & eleemosynas ut sint memores dei, & benedicant eum in omni tempore in ueritate, & in tota uirtute sua. Nunc ergo filij audite me, & nolite manere

manere hic, sed quacunq; die sepelieritis matrem uestram circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite gressus uestros, ut exeatis hinc. Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei. Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Niniue cum uxore sua, & filijs, & filiorum filijs, & reuersus est ad soceros suos. Inuenitq; eos incolumes in senectute bona, & curam eorum gessit, & ipse clausit oculos eorũ, & omnem hæreditatem domus Raguelis ipse percepit, uiditq; quintam generationem, filiosq; filiorũ suorum. Et completis annis nonaginta nouem in timore domini, cum gaudio sepelierunt eum omnes cognati eius. Et omnis generatio eius in bona uita & in sancta conuersatione permansit, ita ut accepti essent tam deo q̃ hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

¶ Postq̃ Tobias prophetauit de futuris in Ierusalẽ reędificanda, quæ maxime per Apostolorũ prędicationem fuere impleta, iã morti propinquus tamq̃ bon⁹ pater aduocat ad se filiũ & nepotes: atq; illis dicit, quę in primis seruare debent in vita. Atq; ideo illa in fine vitę tamq̃ valde magna et necessaria instillat. Remanent enim arctius in cordibus quæ circa finem dicuntur: quod & Christus fecit in eucharistiæ institutione,

id& Tobias seruauit, dicens. Audite ergo &c. ex quibus docet. ¶ Primo parentes suorum filiorũ ante mortem debere esse memores in eis, quæ illis sunt vtilia & necessaria tanq̃ præcipua in testamẽtis, veluti supra docuim⁹. qualia aũt sunt illa, ex ordine recenset ipse Tobias. ¶ Primum autem est, vt filij seruiant dño in veritate, & ei benedicant in tota virtute sua. id quod facient, vbi seruauerint legem, quæ dicit. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omnibus viribus tuis, ex omni mente tua, & proximũ tuũ sicut te ipm̃. Non aũt seruiendũ est deo in specie solũ exteriori & gestu veluti cerimonijs, quod est ficte seruire. De cuiusmodi seruitute dñs per ,pphetam. Popul⁹ hic labijs me honorat, cor aũt eoꝝ lõge est à me de q̃ alibi mr̃ta dixm⁹. ¶ Secũdũ est, vt semp inquirãt, quę sunt deo placita. Aplõ dicẽte: Reformamini in nouitate sensus vr̃i, vt probetis, quæ sit volũtas dei bona, beneplacens & perfecta. quia vero tale discitur in sermonibus prædicantiũ, ideo ij diligenter sunt audiendi.

Deut. 6.
Lucæ 10.
Esaię 29.
Matt. 15.
Marci 7.
Rom. 12.
Psal. 16.

¶ Tertium vt faciant iustitias, idest vt declinent à malo, & faciant bonum. Cuiusmodi est facere eleemosynam, esse dei memorem, vt fiat illius voluntas.

¶ Secundo Tobias monet filios vt exeant Niniue, quoniam propediem sit interitura: & sic quid aliud monet quam vt mundum exeant, qui propter eius iniquitatem pessum sit iturus. Siquidem mundus, quoniam totus sit in maligno positus, transibit & concupiscentia eius. Mundus vero ipse moralit͂, est om̃is mundanus homo, qui mundana sequitur neglectis cælestibus. Atque sic ¶ Secũdo docet Tobias, vt parẽtes dehortent filios à mũdano homine, à malo cõsortio: nã & ille ,ppt suã iniquitatẽ sit interiturus. Sic Aplũs ait.

1. Ioh. 2.

Denũ-

Denũciam⁹ vobis fratres in noïe dñi nostri Iesu Chri 2.Thes.3.
sti, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, Alioqui cum peruerso, inquit, ꝓpheta, peruer- Psal. 17.
tentur & ipsi. Ideoq̃ sic hortatus est Tobias filium, qui & patri obtemperauit iuxta contextum, dicentem. Factum est autem & cætera. ¶ Ex quibus deinde verbis ostenditur, q̃ diu & felix Tobias Iunior vixerit, Exo.20.
quoniam parentibus honorem semper detulerit. Docens finaliter deũ re ipsa in ipso probasse, quod olim ꝓmisit. s. eos. victuros diu honorifice & feliciter, q parentes honorant, Hinc Apostolus, Filij inquit obedi- Coll. 3.
te parentibus vestris in dño. Hoc enim iustũ est. hono Ephe. 6.
ra patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatũ primum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longęu⁹ super terram. Id quod pręter alios deus optimus abunde probauit in Tobia, qui nedum longęuus in terra fuit, sed esse grat⁹ cœpit deo & hominibus: id quod cessit in honorem dei optimi maximi, qui solus dat gratiam & gloriam quæ illi sit vel soli vt sic illuc flumen redeat vnde profluit. ¶ Atque vtinam ille suam nobis det gratiam, vt & ipsi placeamus ei & hominibus & omnibus inhabitatoribus eius terræ, in qua Dauid se visurum bona credidit, quam qui possident beati sunt vita æterna, cuius nos participes faciat idem Deus Optimus Maximus. Cui soli laus, decus & gloria. Psal. 26.

ALLEGORIA, ID EST SENsus spiritualis, eorum quę in libro Tobiæ traduntur.

DIximus in frontispicio libri Tobiæ, quum illũ, duce deo, interpretandũ suscipiebamus, librũ Tobiæ prorsus esse mo⁊ doctrina mirabilem, vtpote quod is merito bonorum omnium speculum nominari posset, sed longe mirabiliorem doctrina spiritus, vt qui maxima Christi & ecclesiæ sacramenta contineat, si per allegoriam, id est, spiritualiter ille accipiatur: nimirum quod spiritus inibi tanto præstat litera, quantum poma folijs. Quia vero me illum vobis pro loco & tẽpore spiritualiter breui expositurum pollicitus sum, cadatq; (vt dici solet) omne promissum in debitum, superest modo, vt fidem in præsentia liberem, declaraturus Tobiæ mysteria, quatenus deus contulerit. ¶ Primo proinde sciendum velim captiuitatem Tobiæ (vt in primo eius capite refertur) nõ aliud significare, quã captiuitatem totius humani generis, qua captũ per diabolum & Salamanazar inimicum humani generis in hoc exilium ab æterna Hierusalem ductum est. Ipse vero Tobias signat populum Iudaicum, qui & si simul captus esset, tamen in lege & operibus iustitiæ permansit cæteris gentibus adorãtibus vitulos aureos Hieroboã id est, discedentibus ad idololatriam omnibus propheta dicente. Omnes declinarunt & facti sunt inutiles, nõ est qui faciat bonum vsq; ad vnum. Hic populus adulescens, scilicet, in plenitudine temporis, ex vxore Anna, id est, gratia (sic enim Anna interpretatur) accepit filium. s. Iesum, quem vocauit nomine suo: nimirũ Iesus Christus natus ob gratiam patris ex Iudaico populo

Gene. 3 | Psal. 36 | Galat. 4

pulo (vti audiemus in nostra Metaphrasi) Iudæus ex Deut.18
Galilæa: Nazarenus appellari cœpit. Hunc filium mater synagoga sic ab infantia timere deum docuit, ut nõ Tobię. 4
ageret, nisi quæ patris erant sui cælestis, adeo quod in Luc.2
ejus ore dolus haud fuerit, ac ideo agn⁹ immaculatus Esaiæ.56
vocari cœptus. Cui quoque Iudaicus populus Gabelo egenti contribuli, id est, populo gẽtili sub chirographo Deut.6.
dedit, scilicet, per septuaginta interpretes decem talenta, Exo.20.
id est, decem pręcepta in decalogo, videlicet vt sic ab Actu 15.
egestate infidelitatis liberaretur, & nõ prorsus periret, ac redderet. s. in fine seculi, quũ pars Iudaici populi nũc increduli, ad fidem per Christi fidelium scripturas noui test. redibit, vt & Paulus meminit. Deinde (vt in secũdo Tobiæ capite continetur) Tobias. i. populus Iudaicus fit & ipse stercoribus hirundinum. i. malorũ operum & vitiorum, imò & pro parte infidelitatis, cæcus, quandoquidem ex parte, inquit Apostolus, cæcitas cõ Rom.11
tigerit in Israel, maxime in aduentu domini. Ipse tamẽ populus Iudaicus ex parte, vtpote in sanctis nonnullis patribus in cæcitate sua & miseria (vtcunq; malis deridentibus) nõ desperauit: sed constans & liberationẽ sperans ad deum semper clamauit, inter alia illud in Euangel. Illuminare his, q in tenebris & ĩ vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Quũ interim Sara filia Raguelis. i. cõgregatio gentiliũ habuit viros septem. i. doctores huius seculi, septem dierũ spatio se voluentis, nihil de æterna vita & cælesti docentes, quos ideoq; sic dęmonium interfecit omnes vt idololatriæ se mãcipauerint, nec fuerit interim Sara idest, gentilitas ab infidelitate nec Synagoga á cęcitate liberata, donec per tres dies & noctes. i. tres pœnitẽtiæ partes tãdẽ missus est à deo patre Archangel⁹ Raphael

qui dei medicina interpretatur, id est filius deus cũ dei tate adiunctus Tobiæ Iuniori. i. humanitati, tã Saram ipsam ab infidelitate quã Tobiam. i. populũ Iudaicũ à cæcitate sua liberauerit, qñquidẽ id vere docendo & operando præstiterit Iesus dei filius, qui & ideo magni cõsilij angelus & medicus dici cœpit, de se inquiens.
Matt. 9. A patre egressus veni in hũc mundũ. non est opus va-
Marc. 2. lentib⁹ medico sed male habentibus. ¶ Postea ingres-
Lucæ 5. sus ad Tobiam cęcũ angelus adsumpto Tobia, idest, postea filius dei adsumpto homine mundũ cæcutientẽ ingressus cœpit magnalia illi facere, iussitq; illũ bene habere, qm breui futurũ esset vt liberaretur, inquiens. Ego
Ioh. 8. 9. sum lux mũdi, qui sequit me nõ ambulat in tenebris.
Mat 10. 3 Pœnitentiã agite, & appropinquabit regnũ cælorum.
¶ Paratis igit omibus quæ ad viam salutis necessaria
Marci 1. erant, Raphael & Tobias. i. Christus deus & homo,
1. Tim. 2. dei & hominũ mediator, pergere cœpit in Rages ciuitatem Medorũ ad Raguelẽ. i. tam ad gentes q̃ ad Iudæos vnde originẽ traxit, prædicatur⁹ ibidem viã salutis & gaudia æternæ pacis, eũq; sequutus est canis. i. quilibet Apostolus prædicator, canis ideo dictus, qm nõ secus hõies suis clamorib⁹ defendit à dæmonib⁹ lupis spũalib⁹ & schismaticis & hęreticis, atq; canis voce sua
Esa. 56. oues ab insidijs lupoꝝ. Hinc alias dñs prædicatores populo scelera nõ nuntiantes vocat, canes mutos, latrare
Matt. 15. nõ valentes. Constat aũt & Christũ obiter Chananæis. i. gentilib⁹ prædicasse sed præcipue per Apostolos, suos canes, eũ sequutos, q̃s in vniuersum mũdũ misit in
Matt. vl. quiens. Eũtes docete omes gẽtes, baptizãtes eos, in nomine patris & filij & spiritussancti, docẽtes eos seruare oĩa q̃cũq; mãdaui vobꝭ q̃d & illis fecerũt, vt patet I act. Apstolorũ. ¶ Veniẽte autem Tobia cum angelo, id est Christo deo & homine ad fluuium Tigrim, id est ad occursum

cursum mortis, quæ sic vt tigris velox celerat, vt ibi lauaret pedes. s. fluuio sui sanguinis, quem pro nobis in cruce fudit, piscis ibi immanis latens prodijt ad deuorādum Tobiam & angelum. i. latenter diabolus humanæ salutis insidiator progreditur, quærens numquid sceleris in eo reperire posset, vt ita salutem humani generis impediret. Verū ipse angelus. i. Christus innocentissimus offendi ab eo non potuit, quū nihil in eo esset peccati, alias dicente: Venit princeps huius mundi, & in me nō habet quicq̄. Piscem proinde apprehensum interfecit angelus. Id est: Christus imperio suæ mortis vicit eū qui mortis habebat imperiū i. diabolū. ¶Deinde hūc Tobias piscem exenterauit, ac inde fel, cor & iecur reposuit in medelā cæcitatis, quādo Christus passim in scripturis diaboli astutias & cogitationes, quæ per cor & iecur signantur, aperuit & manifestauit, quorum cognitio vtiq; in medelam cæcitatis proficiunt. Cognitis enim diaboli dolis & insidijs caute declinamus, ne rursus nos obcæcet. Paulo monente. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Videte, quomodo caute ambuletis non quasi insipientes sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et magis euidēter Petrus ait: Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabol⁹ tanq̄ leo rugiens, circuit, quærens quē deuoret. Cui resistite fortes in fide. ¶Demū Tobias & angelus carnes piscis assauerūt & salierūt, quādo Christus carnales deinde hoīes qui prius in pisce diabolo fuerāt, igne spūs sancti repleuit, & sale sapiētiæ vitia cōcoquere docuit ad apostolos, dicēs: Vos estis sal mundi. ¶Subsequitur, quod Raguel Tobiam hospitio receperit cum gaudio & illi filiam suam vxorem dedit. Id quod factum est, quando Christus, qui (vt diximus) in Tobia filio & angelo signi-

Ioan. 14
Heb. 2
Osææ. 13
Luc. 24
Ephe. 5
1. Pet. 5
Mat. 5

Ioan.10 significatur, vnū facturus ouile per suos perijt Raguelē .i. gentes, quarū congregationē sibi spōsam. i. eccle-
Ephes.2 siam fecit. Ipse enim, inquit Paulus, veniens euangelizauit pacem ijs, qui longe sunt. i. gentibus, & pacē ijs, qui prope. i. Iudæis, quoniam per ipsum habem⁹ accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Quod audientes olim
Actu. 13 gentes. s. quod ad se venirent Apostoli, gauisæ sunt, inquit scriptura, & glorificarunt verbum domini, & crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternā. ¶Postq̃ igitur in mœrore tres sunt dies & noctes deprecati cum gaudio, tandem celebratæ sunt nuptiæ, fugatusq́ʒ est dæmon per partem iecoris, combusti super carbones viuos. Quod tum factum est, quādo tribus pœnitētiæ partibus gentes pœnituere, & per renūciationem sathanæ dæmonium fugarunt. Ad eas enī
Actu.3 à Christo & eius Apostolis dicebatur. Pœnitemini igi-
Mat. 4 tur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Ligauit autem ipse angelus. i. Christus dęmonium, quando ipsum per gentium confessionem rectę fidei & per baptismi aquam prorsus fugatum, sic ad desertum superioris Aegypti. i. ad indurata infidelium corda à Deo
Matt.16 propria eorum culpa derelicta protrusit, vt amplius nō potuit nocere fidelibus, vt à fide deficiāt, vtcunqʒ ab illo aliquoties vehementer tententur. Dn̄o ad Petrum
Lucæ.22 quasi ad omnes vere fideles, dicente: Simon ecce sathanas, expetiuit vos, vt cribaret sicut triticum, ego autē rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua. Atqʒ profecto sic lætatus est populus gentiū de fide Christi, vt & de eius numero doctores fierent, ij deniqʒ etiam postmodum martyres extitissent, vt ex Eusebio Cæsarien. satis constat. ¶Deinde angelus repetit talenta concredita Gabelo: quod fit vbi intrat plenitudo gentium, & Israel,

quæ

quæ facta ex parte est cæca, salutẽ per euangeliũ, quod feruentius Iudæis recepit, acquiret, Paulo dicente: *Nolo enim vos ignorare fratres, mysterium hoc, vt non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* Id quod pleriq; olim ex Iudæis sancti deuote & summo cum mœrore futurum cito desiderabant, vt. s. ad eos saluandos fide dominus rediret. Et hoc est, quod statim in Tobia subiungitur, quod parentes tristari cœperunt ex mora reditus filij. Qui proinde tandem à Raguele, quum filiam ipsius sponsam duxit rediit, & Tobiam saluauit à cæcitate, medio fellis quo illius oculos liniuit, vt inde albugo caderet. Id qđ factum est, quum & Christus Iudęos aliquot per se, aliquot per Apostolos fide euangelij illuminauerit, & in fine mundi illuminaturus est præmissa pœnitentia, qui antea, Apostolo teste, habebant velamen ante faciem cordis vt non intelligerent gratiam Christi, quãdo depositum est per euangelium deponetur'q; in futurum, vbi reliquiæ Israel saluæ fient eorum, qui prædestinati sunt ad salutem. ¶ Subsequitur, quod postq̃ receperit visum Tobias glorificauerit cum suis deum, & intrauit simul ad eum post septem dies cũ multis bonis Sara ipsa. Ita nimirum deus glorificatus est, postq̃ Iudæa pro parte receperit lumẽ fidei, & post susceptionem septiformis gratiæ sancti, ad ipsam se sociauerit Sara, id est, gentilitas, adeo, vt fieri cœperit, vnus pastor & vnũ ouile, & angelus cum Tobia. i. Christus deus & homo, dei & hominum mediator, qui pax nostra fecit vtraq; vnum, ambosq; in vno corpore deo reconciliauit.

Rom. 11
2. Cor. 3
Rom. 11
Ioan. 10
Ephes. 2

¶ Postremo, quoniam angelus cum Tobia fecerit omnia, quæ ad salutem Tobiæ & Saræ pertinuerũt, cœpit

pit vtrosq; docere, quæ facto deinde, vt salui manerent, opus essent, nimirum vt semper dei misericordiam extollerent eiusq; opera reuelarent, & sedulo opera misericordiæ impenderent. Quæ cum sic docuisset & vtrosq; redemisset, angelus ipse euanuit manente cum Tobia & Sara vxore filio Tobia, id est, postq̃ Christus à cæcitate liberauit & Iudæos & gentes, & quæ deinde facere deberent perdocuit, in cœlum abijt, sedens à dextris patris sua diuinitate & humanitate, qui tamen interim inuisibiliter tam apud credẽtes Iudæos, quam gẽtes nobis consubstantialis manet, eo ipso ad vtrosq; dicente: Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq;

Mat. vlt. ad consummationem seculi.

Mar. vlt.

Actu. 1 ¶ Exactis itaq; omnibus quæ ad literam in Tobia ponuntur, cœpit deinde Tobias, qui omnis est apostolus, fidem Christi confessus, prædicare futura mala Ierusalem, deinde interitũ Niniue, ac circa finẽ de reditu ex Niniue in Ierusalem, pacis & gaudij differtam. ¶ Siquidem Christus vna cum Apostolis suis, qui Tobiæ fuere, quia Iudæi, prædixit tribulatiões & aduersitates suæ Ierusalem. i. congregationis fidelium suorum & interitum huius Niniue. i mundi, & gaudium supernæ Ierusalem nobis prædixit, dicens. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis, siquidẽ in mũdo pressuram habebitis & persequutionem nomine meo patiemini. Audituri estis prælia & opiniones præliorum, videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nondũ finis. Consurget enim gens contra gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræ motus per loca. Hæc omnia sunt initia dolorum, quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio

Ioan. 16. Mat. 24 Mar. 13 Lu. 19. 2

mundi

mundi vsq; modo, nec fiet. ¶ Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur & luna non dabit lumen suum, & tunc virtutes cœlorum commouebuntur. Et tūc parebit signum filij hominis in cœlo. Et tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filiū hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate. Amen dico vobis, quia nō præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælū & terra transibunt, verba autē mea non transibunt. Confidite, quia ego vici mundum. ¶ His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquabit redemptio vestra. Et quare redemptio? Quoniam respondet Apostolus, ipse dominus venturus vnicuiq; secundum opera dare, suos secum ducet in æternam Ierosolymam, vbi electi à tribulationibus alieni perpetua pace & lætitia perfruentur iuxta Tobiam, in fine ad nos omnes dicentem: Audite ergo filij mei patrem vestrū. Seruite domino in veritate, & inquirite ea, quæ placita sunt illi, & filijs vestris mandate, vt faciant iustitias, & memores sint dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute sua. Id quod præstet nobis omnibus, idē deus omnipotens, qui perficiat in nobis velle & facere. AMEN.

1. Thes. 4

Phil. 2

FINIS.

AD AVDITORES PRAEFATIO.

VT NEMO EST, QVI modo mentis sit compos, qui nolit suā saluatum iri animam, quiq; non ei faueat hic & alias verā illā beatitudinē, ad quā à deo creatus est, vtpote in qua, nec alibi, in omni bono, quod ab vllo excogitari possit, demum satur esse queat, ita nimirum nemo
Psal. 16 esse debuerit, qui patientiā, qua de noster pro loco & tempore institutus est sermo, fidelior quàm comptior, non summopere velit & discere, & quatenus, deo iuuāte valeat amplecti, vt perquam vel solam opera pia & bona, quibus ad bene beateq; viuēdū omnino opus est, adseruantur & fructificant ad vitam beatam, sine qua animæ ipsi non est v''a à deo obuentura salus & beatitudo, veritate ipsissima dicēte, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quomodo autē animas
Lucæ. 21 nostras possidemus, nisi quod per patientiam ad eam, ad quam creati sumus, beatitudinem in hoc mundo cōseruamus, nec enim nisi per patētiam eius, quam deus nobis promisit, vitæ beatæ, quæ æterna est, participes sumus futuri, Apostolo in hæc verba perhibente. Patiē
Hebr. 10 tia vobis necessaria est, vt voluntatem dei facientes reportetis repromissionem. En quanta non modo vtilitas sed & extrema necessitas patientiæ, citra quam nemo sit compos diuinæ repromissionis, quæ est de habe..nda beatitudine æterna, vel quamlibet diuinæ volūtatis st..udiosus. Hinc vel maxime fit, vt qui ex officio, quo vo..catus fungor, nihil æque debeam atque in deū opt. Ma.. gloriam pro virili conari, vt quilibet vestrū hic

hic bene possit ac beate viuere, vitam posthac habitu-
rus æternam vereq; beatam. hinc, inquam, vel maxime
fit, vt in præsentia de patientia sermonem paulo diffu-
siorem ad vos, charissimi fratres, habendum duxerim,
perinde atque ea de re sine qua omnis vester labor sit
planè inutilis, vel quamlibet alioqui virtuosus & pius
Et vt res, quam tractãdam suscepimus, in vtilitatem o-
mnibus(quod magnopere optamus) sit cessura, in pri-
mis definitionem patientię subijciemus. Siquidem, q̃d
parens eloquentiæ Tullius dixit, omnis, quæ à ratione
suscipit de aliqua re institutio, debeat à definitione pro
ficisci, vt intelligatur, quid sit, de quo disputetur.

QVID SIT PATIENTIA. CAP. I.

PAtientia, quam alibi omnium esse virtu-
tum & radicem & custodem diximus, est,
qua æquo nimirum animo aliena mala,
(vtpote quæ, deo permittente, nobis vel à
dæmone vel seculo vel carne obueniunt)
toleramus, nec cõtra eum, qui eiusmodi mala irrogat,
aliquo dolore vel murmuramus vel mordemus, nec
omnino iniquo animo deferamus, quibus ad meliora
peruenimus, quandoquidem patiẽtia sit contraria tri-
stitiæ, quæ ceu vindicta quædam ex aduersis malis illa
tis suborta, nisi patientia aliquo perinde freno compe
scatur, animum ad vindictam & indignationem à deo
pœna mortis æternæ prohibitam, inducit, ac denique, 2. Cor. 7
Paulo teste, mortem operatur. Vnde scriptum est, tristi Eccl. 30
tiam multos occidisse. Aduersus igitur eam tristitiam
posita est patiẽtiæ virtus, quæ illam sic frenat, vt æqua
nimiter, quod mali infertur, feramus, adeoq; animas
nostras eadem patiẽtia possideamus, quum per ipsam

quasi ex arce virtutis nobis ipsis adeoq; omnibus mẽtis nostræ motibus dominamur, ac ita qđ sumus, possidere incipimus & quidem in malis & aduersis, cuiusmodi sunt captiuitas, persequutio, bonorum amissio, ægritudo, rerũ penuria, iniuria & hoc genus alia, quibus pleriq; omnes hoc in seculo molestamur, contra quę nullum est efficacius patientia remedium, quo inter non parum multos tam ex veteri quam nouo instrumẽto vsus est Ioseph ille innocens, qui (vt habent sacræ literæ) à fratribus ex inuidia venditus adeo non
Gen. 42. est ex ea contristatus iniuria fratrum, vt eam non modo ęquanimiter, quũ posset vlcisci, tulerit: sed beneficio etiã repensauerit, clemẽterq; indulserit. Atq; Dauid rex patiẽtiam habuit insignẽ, quum ei cõuiciaretur Semei
2. Reg. 16 filius Gemini tacuit, neq; etsi armatis septus, conuiciũ retorsit, neq; vltionem quæsiuit, neq; eum, qui voluit, vindicare permisit, dicens. Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? Dimittite eum, vt male dicat. Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauidi, nimirum conscius suæ mansuetudinis. Ita quoq; patiens fuit Iob. qui liberis omnibusq; fortunis siue prouidentia siue casu priuatus, nudus, inquit, exij è matris vtero, nudus, reuertar
Iob. 1. Deus Opt. dedit hæc, Max. deus idẽ abstulit. Imo, qui in omnibus, quibus excruciabat, labijs suis haud peccauit, neq; aduersus deum quid stulti loquutus est. Sic etiamnum patiens fuit ipsa sapientia Christus rex &
Lucæ. 15. doctor omnium, qui & mala præcepit esse ferenda, & idẽ ipse vsq; adeo ea tulit, vt veniam sit percussoribus precatus. Ex quibus sane exemplis & eorum similibus haud obscure docemur, patientiam esse virtutem, qua æquanimiter aduersa sustinemus, nec in eis aliquo modo frangimur, vt qui velimus in eum, qui illa irrogat,

inuehi

inuehi aut excandescere, aut inde muliebriter vel effli-ctim lamentari, vel deum (quod impium sit) non homines incusare, quo magis addecet ac animum & mẽtem ad omnes casus æquanimiter ferendos componere, quod plerosq; omnes dei electos pietatis studio fecisse credimus, non vt ethnicos, qui, vt cæteris meliores haberẽtur, duo imprimis sibi proposuere, vt fortia fortiter paterentur & abstinerẽt, veluti subsequens caput explicabit.

NON QVAMLIBET PATIENTIAM ad vitam æternam, adeoq; ad beatitudinem cælestem sufficere.

CAPVT. II.

QVAM falso & perperam nonnulli quondam, & nostra quidã tempestate docuerint, plebiq; misellæ imposuerint, quod omne opus per se seu (vt dici solet) moraliter bonum sit peccatum extra fidem, & in eo perficiundo quisq; peccet, suo tẽpore & loco multis ostendimus, vtpote quos nec ratio probat, nec scriptura admittit. Quomodo enim peccatum esse potest quod per se bonum est? Siquidem peccatum sit malum, à quo vt liberemur, indies oramus. Si modo quod Matt. 6 per se & quidem moraliter bonum est, qui accipiet ap- Lucæ. 12 pellationem peccati siue mali? Nonne sic bonum diceretur malum, & ediuerso? Quod qui faciunt per pro- Esaiæ. 5 phetam in hæc verba redarguuntur. Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum dulce, & dulce amarum. Id quod proculdubio agunt, qui dicunt hominem peccare in opere moraliter bono si fiat extra fidem illud. Quod à vero longe

abesse dignoscimus. Quis obsecro credat Centurionẽ
Actu. 10 illum Cæsarien. peccasse, quod (vtcunq; adhuc gentilis & extra iustificationis fidem) religiosus ac deũ timens multas plebi eleemosynas præstiterit? Nullus sanè, qui modo sibi constat. Quandoquidem suis ille operibus se dignum præbuerit, cui angelus mitteretur, qui erat illum instructurus, qua ad fidem esset accessurus. Tam quidem sua illi opera moraliter bona peccato non fuere, vt etiam in memoriam coram deo ascenderint. Illud sanè nemo inficias eat, opera ipsa vel quãlibet moraliter bona, si extra fidem & dei gratiam fiant, ad vitam æternam nullo pacto sufficere, quæ tamẽ interim peccata adeò non sunt, vt etiam ad eandem vitam aliquo modo perinde præparamenta (vt sic dixerim) promouere soleant, imò quibus & deus suam non neget mercedem, quod ille in Nabuchodonozor tyranno quondam sat superq; arguit, ad prophetam inquiens,
Ezec. 29 Fili hominis Nabuchodonozor rex Babylonis seruiuire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum. & merces nõ est reddita ei, neq; exercitui eius de Tyro, pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam, Propterea hæc dicit dominus deus. Ecce ego dabo Nabuchodonozor regem Babylonis in terra Aegypti, & accipiet multitudinem eius, & deprędabitur manubias & diripiet spolia eius, & erit merces exercitui illius & operi, quo seruiuit aduersus eam, dedi ei terram Aegypti, pro eo, quod laborauerit mihi ait dominus deus. Quum igitur deus Opti. tam impio alioqui tyranno opus, quod fecerat, remunerauit, quis audebit dicere, quod is peccatum remunerarit? Superest proinde sciamus esse quædam, quæ secundum iustitiæ regulam nõ solum vituperare non possumus, verumetiam meritò

rectéq;

recteq́ laudamus, quanq̃ si discutiatur, quo fine fiant vix inueniuntur, quę debitam iustitiæ laudem defensio nemine mereantur. Ita nimirum si qui ex ethnicis patientiã habuere nõ propterea peccarunt, sed ea ipsis ad salutem sine fide, qua caruere, non profuit. Qua in parte sciendum duxerim, patientiam esse aliquam fructuosam, eã'q́ esse, qua nomine & amore dei ad salutẽ æternam consequendam æquanimiter aduersa toleramus, reputãtes illa nostris peccatis, aut certe nobis ex dei voluntate prouenire in bonum. Cuiusmodi fuit patiẽtia eorum, quos paulo ante retulimus, & omnium plane sanctorũ martyrum, ad quos dominus, in patientia, inquit, vestra possidebitis animas vestras. Est & alia patientia minus fructuosa. s. ad vitam æternam, sed non ilico reprehendenda, nec semper dãnationi obnoxia, nisi eius sit caussa mala, & est qua toleramus huius mundi aduersa ob quædam temporalia adipiscẽda, & cuiusdã temporalis rei gratia vel honoris caussa, qualis ferme fuit patientia ethnicorum, quorum pleriq́ (vt & nunc fortassis non parum multi faciunt) pro habẽda sapientia, laude, valetudine vel retinenda forma, vel pecunia vel hoc genus re alia vel habenda vel retinenda soles, imbres, glacies, fluctus, tempestates, aspera & incerta, imo durissima quæq́ patientissime ferre nequaq̃ dubitarunt. Cuius poeta patientiæ memor ait. Qui studet optatã cursu contingere metã, Multa tulit fecitq́ puer, sudauit & alsit, Abstinuit Venere & Baccho qui Pythia cantat. Huius inter alios patientiæ commendatur Dionysius iunior, qui regno deiectus adeo pristinã est fortunã oblitus, vt iã minus sapere ac parum sibi cõstare à multis crederet. Hac quoq́ patiẽtia claruit Cato Vticensis, qui postridie comitiorũ in petitiõe cõsulatus re-

Lucæ. 21
Sap. 5
Hebr. 11

Hora. in ar. poet.
Plutarch. Val. lib. 3. c. 3. de patiẽ.
Sabel. li. 5. c. 8. de patient.

pulsam passus, vnguento delibutus descendit in campum post prandium, vbi sine calceis, & tunica funiculo succincta de more cū amicis deambulauit, adeo negligenter vir sapiens tulit, quod cæteri ciues ignominię loco ponere consueuerunt. Eiusmodi pariter innocentiæ insignes extitere Hannibal, Catilina, Iugurtha & alij, qui vt rei militaris essent aptiores, & gloriam belli reportare possent, nihil plane malorum non patienter tolerarunt, & quidem adeo, vt mutuo dicerent. ἀνέχου καὶ ἀπέχου: patere & abstine: rati eumqui hæc duo verba cordi haberet, eaq; sibi imperando atq; obseruando curaret, esse foreq; plerunq; impeccabilem, vitamq; viuere tranquillissimam. Sed de ea, quam illi habuere patiētia, quę non cælum sed terram sapit, parum vel nihil ad præsens, vtpote quæ miranda potius est quam laudanda, imo aliquoties nec miranda nec laudanda, quū duritia magis sit admiranda quam patientia, quæ tamen ad huius vitæ tranquillitatem (si modo causam habeat minus vitiosam) nonnunq̄ valde cōducit. Quod vt rectius accipiatur, nō oberit dicere, vnde vnaquæq;, qualis sit, iudicanda patientia veniat.

A. Gel. lib. 17. c. 19

EX CAVSA, QVALIS VNAQVAEque sit patientia, perspicuum fieri.

Caput III.

NON quid à quopiā vel fiat vel dicatur sed quo animo & consilio, qua intentiōe & causa quid dicatur vel fiat, aduertendū esse philosophi censuerūt, nimirū qđ & intentio & causa oīa iudicēt. Ex causa.n. rem haberi aut bonam aut malā. Id qđ vsq; adeo seruādum authores legum ciuiliū putarunt, vt in omnibus quæ vel dicta vel facta sunt causam esse attendendam censuerint, vt illā, ex qua quod aut dictum vel factum est,

l. aut facta. §. hæc quatuor. ff. de

est, mereatur aut laudari aut vituperari, sitq; idipsum aut prәmio aut supplicio dignum. Qui vel proinde homicidij reum non censuerunt, qui in publico certamine aliquem occiderit, quoniam glorię & virtutis nō iniuriæ causa damnum dederit. Nec illi furti reum diiudicarunt, qui depositum, quod suscepit, abnegat, sed tum, quando illud intercipiēdi causa occultauerit. Vnde ijdem in ambiguis orationibus sentētiam eius, qui eas protulit, spectandam voluere, & eius esse, vt declaret sententiam, qui illam tulit. Et recte nimirum quoniam causa sit voluntatis, cordis & intentionis, ex quibus quælibet res aut mala aut bona censetur. Hinc est vt non illico quid bonum sit, quod bonum, nec malū, quod malum apparet, sed eius est causa subtilius inquirēda. Sic Christus illud, quod ex ore procedit, nō quod os intrat dixit hominem coinquinare, quandoquidē quod de ore procedat, de corde itidem exeat, quod hominē coinquinet. Quid aliud sibivult, quàm iuxta cor & huius intentionem & causam omnia dijudicanda esse? Siquidem causa & intētio, qua quid factum est, bona est, bonum non esse non potest, quod factū est. Si enim oculus simplex fuerit, totum corpus erit lucidum. Etenim opera hominum si causas habuerint bonas vel malas, nunc sunt bona nunc mala, quæ per se peccata nō sunt, sed vel moraliter bona vel saltem differentia. Sicuti victum præbere pauperibus bonum est, si fiat misericordiæ causa: malum autē si fiat causa iactantiæ quemadmodum de hypocritis loquitur alibi dominus. Sic pariformiter etsi patientia per se sit bona quia virtus, non tamen omnis est patientia laudanda, nisi quæ causam habet bonam. si enim quis patiens est inediæ, algoris, frigoris & id genus tribulationis

penis. l. qua actione. §. Si quis. ff. ad. l. Aquil. l. 1. §. sola. ff. furti. l. in ambiguis. ff. de. re. iu.

Matt. 15

Matt. 6
Lucæ. 11

Matt. 6
Lucæ. 11

non actutum laude dignus est & æterna mercede, nisi quia inibi causa dei adeoq; suę salutis patiens sit. Quis enim eam putet patiētiam mercede vitę ęternę dignā, quam plerunq; habent latrones & fures? Nemo sane. Siquidem non omnes participes sunt scientiæ qui sciūt, ita nec omnes, qui patiuntur sunt participes patientię, sed qui passione recte & ex iusta causa vtūtur, hi patientiæ veritate laudantur, ij patientiæ munere coronātur: cuiusmodi fuere martyres qui nomine Iesu & amore Catholicæ fidei passi sunt, non eiam schismatici & hæretici, qui magis causam habent inuidiæ, odij, superbiæ temeritatis hocq; genus mali quod patiūtur: ita domi-
Luce.6. nus & seruator eos adfirmat beatos, qui propter iusti-
Matt.6. tiam patiuntur, & quibus maledicitur propter ipsum non ponens personas persequētium sed solam persecutionis causam, vt non aspiciamus quis nos persequatur, sed propter quid. Ideoq; quicquid aduersitatis nobis obuenit etiam propter peccata nostrá, id ipsum dei amore & voluntate ipsius ad consequendam vitā æternam tolerare debemus, id quod vnica nostræ debet esse patientiæ causa non res aliqua temporalis, quum alioqui deus non daturus est æternalem sed temporalē retributionem, quam vtiq; habemus, si propter quod patimur, adipiscimur, ad quos idem dicturus est domi-
Matt.6 nus noster. Amē dico vobis, quia recepistis mercedem vestram. Q.d. patientes fuistis, vt haberetis vanā gloriam, quam quia per vestram patientiam nacti estis, non est quod aliam in futuro seculo mercedē speretis. Suffecerit, quod quisq; sui laboris iuxta causā, quævel sola est attendenda, prę miū recipiat. Atq; hoc est, quod
1.Pe.3. 4 Petrus monet. Nemo, inquiēs, vestrum patiatur quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor.

titor. Sed & siquid patimini propter iustitiam, beati. Si autem vt Christianus non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine. Et hactenus quo ad agnitionem salutaris patientiæ, quæ non vna sed & duplex inuenitur, velut sequenti patebit capite.

PATIENTIAM ESSE DVPLICEM.
Caput IIII.

PAtientia vna est, qua non frangimur in aduersis non excandescimus, nõ muliebriter & afflictim lamentamur, non deum (quod extremæ est impietatis) non homines incusamus sed nos, adeoq; nostrum animum, mentemq; nostram ad omnes casus æquanimiter ferendos componimus. Qualis fuerit qua Iob, qua Tobias, qua virgo Maria, qua pleriq; martyres omnes inclaruere, qui quæcunq; incommoda tam vbique susq; deq; tulerunt, vt in persona Pauli vere dicere potuerunt. Maledicimur & benedicimus, Persequutionem patimur & sustinemus. Blasphemamur & obsecramus. imo qui & ideo gaudentes à conspectu concilij abiere, quoniam digni essent habiti, cõtumeliam pati nomine Iesu. Altera est patientia, qua fortiter & sine contra deum & homines murmure dolores corporis sæuosq; cruciatus ferimus. Cuiusmodi habuit inter alios Hieremias propheta, qui in carceris molestia & verberibus ferendis, atq; dum cœnoso lacu mergitur, dum lapidibus obruitur inuicto similis apparuit, vt qui nec verbum protulerit, Et ipse etiamnum Esaias, quum viuus secaretur duas in partes, tam fuit in medio cruciatu patiens, vt ne pati quidem videretur, quum nec patiẽti similis fuerit. Et Laurentius quoq; Leuita insignis admodum extitit patientię, qui cum in craticula vreretur, ad tyrannum, versa, inquit, & manduca. Sed quan-

Iob. 1
Tobiæ. 2
1. Cor. 4
Actu. 5

ta in eis (quorum memini) extitit in doloribus virtus,
tanta ac nescio maior etiã in tribus eiusdem gentis pue
ris, qui ętatem, quę tenera adhuc erat, magnitudine ani
Daniel.3 mi supergressi, medio flammarũ æstu destituti, deo ser-
uatori hymnum cecinerunt. Horum sane & si qui sunt
innumerabiles, alij patientia vera fuit & salutaris, vtpo
te quæ non propter peccata, sed propter iustitiã ex cha
ritate (quæ omnia suffert) prodierit: nimirum qui pro
Hebr.11 nomine Iesu, Apostolo scribẽte, vincti, inclusi, fame ac
siti affecti, torti, execti, dilaniati, trucidati, suspẽsi, exco-
riati, & omni deniq; cruciatu circundati tam fuere pati-
entes, vt exclamare haud dubitauerint in hæc apud
Rom.8 Apostolum verba. Quis nos separabit à charitate
Christi? Tribulatio, an augustia, an persequutio, an fa-
mes, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptũ
Psal.43 est. Quia propter te mortificamur tota die, deputati su
mus sicut oues victimę. Faxit deus Opt. Max. vt & ipsi
eandem in omnibus patiẽtiam habere possimus. Quã
vt dei benignitate faci'ius adsequamur, in rẽ erit arbi-
tror sequenti loco ostẽdere, quibus illa constet partib'.

VERAM EANDEMQVE SALVtarem patientiam ex quatuor constare conditionibus.

NEC mox qui vel vnam vel alteram patientiã
habet, habendus est vere patiens, vtpote quod
nec omnis patientia, vt diximus, patientia est, quã hoc
definiuimus loco. Siquidem ad patientiam quatuor at
tinẽt, quæ in his Apostoli verbis haud obscure accipi-
mus. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vitu-
1.Cor.6 peretur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibea
mus nosmetipsos, sicut dei ministros. In quibus sane
verbis

verbis Apostolus velle videtur. Primo, veram patientiam esse debere in omnibus, id est, vniuersalem non in vno duntaxat aduerso sed in quibuscunq; aduersis, vt neq; quis contristetur propter aduersa, quæ vel in famam personam vel substantiam obueniunt, cuiusmodi patientiæ nobis exemplum reliquit Iob ille, qui ne- Iob. 12
que propter amissionem totius substantiæ, neque pro lis, neq; derisionem vxoris & amicorum vel tantillum contristatus fuerit, vt quid aut peccasset aut stulte contra deum murmurasset, patienter inquiens. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar il- Iob. 1
luc. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Iacob. 5
Ad huius proinde patientiam hortatur Iacobus, dicēs: Sufferentiam Iob audistis. Idem paulo ante. Quicunq; Iaco. 2
autem, inquit, totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Secundo vult idem Apostolus patientiam veram non verbo tantum sed facto constare, nec quidem sufficere vt bene de patientia loquamur & ad ipsam alios cohortamur, verū nos debere patientes esse. In patientia enim vestra, ait Lucæ. 21.
dominus, possidebitis animas vestras. Q. d. non in altera rius, quandoquidem non auditores legis, iusti sunt a- Rom. 2
pud deum sed factores legis iustificabuntur. Tertio, vt Iacob. 2
patientia sit spiritualis. i. ob cœlestem patriam, adeo vt spiritus ipse in ea melior reddatur. Ita nimirum eius non est vera & spiritualis patientia, qui patiēs est in laboribus & anxietatibus huius mundi vt possit vel ditari vel honorari, vel quid commodi temporalis habere, qui vel inter flagella nec emendatur nec ad deum reuertitur nec gratias cum Iobo agit. Debet eñ, qui vere patiens esse velit, gloriari cum Apostolo dicente: Li- 2. Cor, 12
benter

habeat? Quibus responderimus, illã omnino, esse omnibus maxime necessariam, quãdoquidẽ patientia sit tolerantia rerum aduersarum, à quibus nemo, cuiuscunq; Iob.7
sit conditionis, tutus est in hac vita, quę, vt Io bait, militia est super terram. Atq; homo natus de muliere, bre Iob.14.
ui viuens tempore repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. A quibus sane tribulationibus & aduersitatibus, non modo pij non securi sunt, sed eis maxime obnoxij, Apostolo dicente, Omnes, qui volũt 2.Tim.3.
viuere in Christo, persequutiones patientur. Et hoc est quod Ecclesiastes ait. Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalẽ, & ꝓposui in aĩo meo, quęrere & inuestigare sa Eccl.1.2.
pienter de oĩbus quæ fiunt sub sole. Et vidi, quæ fiunt cuncta sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Et tęduit me vitæ meæ, quoniam cuncti dies hominis doloribus & ęrumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Et laudaui magis mortuos quam viuẽtes, & feliciorem vtroq; iudicaui, qui necdum natus est, nec vidit mala, quæ sub sole fiunt. Hæc ille. Contra quę quidẽ mala valet vel sola patientia, omnibus non modo necessaria sed & vtilis, quoniam omnes tribulationibus subijciuntur. Ideoq; nemo sit arbitror qui nõ indigeat patientia, quum non sit, qui vel momentum esse possit sine tribulatione. Finge enim quẽpiã mũdi gloria fulgentem, diuitijs abũdantem, delicijs gaudentem, & forte cui omnia mũdi oblectamẽta ad votum succedant, non tamen est, quod alicubi non contristetur, quinimmo nec in eodẽ statu semper sit mansurus, Psal.36
quãdoquidem ait propheta, vidi impiũ superexaltatũ & eleuatũ sicut cedros Libani, transiui, & ecce nõ erat, quæsiui, & nõ inueniebatur locus eius. Est aliquis pro-

sper,

ſper, mox inueniet aduerſa, iuuenis eſt, paulopoſt ſenectute frangitur, ægritudine robuſtus conteritur. Eſt diues, non multo poſt pauperrimus effici poterit. Poſt gloriam & magnificẽtiam, aduerſantium rerum impetus ſurgunt, delitias flagella repellunt. Summatim ſingula gaudia triſtitijs permiſta ſunt. Quia proinde hæc vita tantis ac tot eſt mutationibus, laboribus, tribulationibus, ęrumnis, miſerijs hocq́ genus malis & aduerſis differta, & ſola ſit ac vnica patientia, qua homo huiuſmodi mala ſibi cũ ſalute poſſit ſufferre, vtpote quæ hominem regat, ſcuto bonæ voluntatis ipſum cohibens ab illicito vindictæ appetitu, linguam ipſam à contumelia & murmuratione contra deũ & hominem retrahens, manus à violentia & percuſſione, oculos à toruis aſpectibus, pedes à greſſib' iniquis, & animũ deniq; ab omni ſuperbia & rebellione in vera humilitate, pace & vnitate cum omnib' conſtituens, & poſtremo animã ipſam in vitam æternam poſſidet, nobisq́; repromiſſionem Ieſu Chriſti. ſ. de vera beatitudine poſt hanc vitã habenda certam hæredibus, certe non poteſt ipſa non omnib' eſſe & maxime neceſſaria & vtilis, & ab omnibus magnopere ſeruanda.

VARIAS ET MAXImas eſſe patientiæ vtilitates Caput VI.

NON deſunt opinor vel ex rudioribus qui magnopere ſcire deſiderant, quid nã præcipuæ vtilitatis adferat patientia, atq; vt ſuo deſiderio in præſentiarum ſatiſfaciam, rogant. Etſi enim eorũ voto ſatiſfactum eſſe videri queat in frontiſpicio de pátientia tractatus, eiſdem tamẽ non tam grauabor vel hoc quidẽ

loco

loco quoad potero inseruire. Quanta vero patientiæ sit apud omnes, qui eam vere habent vtilitas, inter alia vel inde cognoscere licebit, quod quũ nemo possit nisi per multas afflictiones & tribulatiões ingredi in regnũ cælorũ, sitq; earũ afflictionũ patientia nutrix vnica, per quam vel solã illas sufferre quimus, actutũ euadit perspicuũ isthuc intrare nullũ nisi patiẽtia comite, nec esse vnq̃ aut fore beatũ quemq̃ nisi per eam. Id qđ ex Iesu Christi verbis, In patientia vestra possidebitis animas vestras, dilucide apparet. Apostol⁹ admodũ euidenter perdocet, dicens. Nam patientia vobis est opus, vt vbi volũtatem peregeritis, reportetis promissionem, ratus vt vere nimirũ, non fore diuinæ de æterna beatitudine promissionis participem quempiam, nisi patiẽtia præditum. Nũquid autem nõ pensi fuerit hæc vtilitas, qua non puto aliã esse aut haberi maiorem. quandoquidẽ vt summa est omniũ rerũ beatitudo, vt qua habita, habeãtur res opt, quæq; ita sit oportet ea res summa, quà ad illam nec secus peruenire necessum est. Accedit & altera eius virtutis vtilitas nequaquam vulgaris, quæ est tam quo ad nos quàm quo ad alios pax & tranquillitas, qui enim aduersus se quid sustinet, is ab ira sibi cauet vel saltem ei moderatur, & ab ea quæ ab hac nascitur vindicta, vnde omnis est dissensionis & rixę origo, atq; quod patitur soli Deo committit, memor verbi, quod ille ad vnumquemq; iniurias patiẽtem ait. Mihi vindictam & ego retribuam ei. Hinc, quũ Apostol⁹ ad patientiã cohortatus esset, vtq; nos cũ patientia mutua in charitate nomine Iesu supportaremus admonuisset, ilico subiecit. Si fieri posset, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vos metipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Sed si esurie-

Actu. 14
Lucæ. 22
Hebr. 10
Deut. 32
Rom. 12
Ephes. 4

si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis cōgeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Hæc ille, sed quæ sola fieri possunt patientia, quæ vt omnis est superbiæ victrix, ita totius est humilitatis, ex

Mach. 5 qua per patientiam pax oritur, fons & origo. Quid autem pace optabilius, quid melius, quid sanctius, quid vtilius? Nihil plane. vtpote qua vel sola filij dei sumus & vocemur, sine qua nullum regnum, nulla ciuitas, nulla villa, nulla domus consistere potest, per quam res exiguæ accrescunt, sine qua magnæ dilabi solent. Quam

Ioan. 14 propterea Christus hinc abiturus nobis reliquit, quam

Mat. 10 & à discipulis suis aliquam domum intrantibus quasi

Lucæ. 10 opt. bonum optatum iri uoluit. De qua quidem pace, quam sola continet patientia, suo loco non parū multa diximus, nunc transeunda. Nunquid hæc pariter patientiæ vtilitas à quopiam minus excellens putabitur? Haud quaquàm. Cui & alia succedit vtilitas minime contemnenda, sed summopere suscipienda. Siquidem patientia quæcūq; tribulatiōes etiam multo durissimæ fieri solēt leuiores. nec tā durū, nec tā arduū, nec tā difficile solet esse quicq̄, quod media patientia non reddat leuius, facilius & mitius, vsq; adeo, vt in adagiū pene

Prou. 16 abierit. Patiētia vincit omnia. hinc & à Solomone quōdam non sine spiritu sancto dictum legimus, meliorē esse patiētem viro forti, & eum, qui dominatur animo

Hora. lib. 2 ode. 14. suo expugnatore vrbium. Cuius poëta quidam non immemor, in hanc plane auream sentētiam concinuit. Durum sed leuius fit patientia, Quicquid corrigere est

Plaut. in Capt. et in Asinaria. nefas. Et alius quidam, sed comicus. Decet inquit, id pati animo æquo, si id facietis, leuior labos erit. Atque idem alio in loco, Fortiter, ait, malum qui patitur, idem

post

post potitur bonum. Et ita nimirum eidem subscribēs alius ait. Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo est. Inde fieri adsolet, vt rectus atq; integer animus praua fortunæ & dura atq; aspeta ferendi scientia molliat. Iam vero, quæ obsecro victoria maior, quis præclarior triumphus, quàm quum per patientiā vincimus atq; per eandem triumphamus? Si quæ nullo paratur sanguine victoria credi solet celebrior, quis non putet celebriorem patientia esse, quæ vtiq; hostem tacendo & quiescendo sine ictu & repercussione debellat? quando interim, qui iniuriam infert, miro adfligitur modo, quum se despectui esse arbitretur, responsum non accipiens, suo perinde gladio laborans, coactus tandē inire cum eo, quem persequutus est, gratiam. Et profecto aliquid est, patientem eo fieri pacto victorem, sed vera indubitataq; claret virtute qui se ipsum superat. Si igitur, fratres, quicquid aduersum non est sine aliquo nostro incommodo vincere contendimus, sique hoc ipsum, quo cruciamur, fieri leuius expetimus, si deniq; nobis beatam esse cum deo & hominibus pacem volumus, si deniq; posthac vitam ingredi æternam exoptamus, patienter oportet feramus quicquid nobis, deo permittente, aut à dæmone, aut à seculo, aut à carne obuenit aduersitatis, haud immemores eius, quod Apostolus ait. Iustificati ergo ex fide pacem Rho. 5.
habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istám, in qua stamus & glorificamur in spe gloriæ filiorum dei. Nec id solum, sed & gloriamur in tribulationibus scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autē probationem, probatio vero spem. Spes autē non confundit. Hæc si consideraueri-

mus, proculdubio patientiam ipsam in rebus aduersis nequaquam negligemus, maxime vbi didicerimus media, quibus patientiam paulo facilius amplecti possimus, quorum, aliquot, & quidem præcipua, loco sequenti recensebimus.

QVIBVS MEDIIS ET CONSIDErationibus patientiam quis facilius amplecti possit. Cap. VII.

QVVM, vt superiore loco disputauimus, patiētia definiatur esse veræ honestatis & vtilitatis causa rerum arduarum ac difficilium volūtaria ac diuturna perpessio, atque ideo virtutū longe asperrima, quæ & proinde in medio pelagi aduersitatum, & in medio ignis tribulationum & cuspidum sibi locum vendicare dicitur, & eam ob rem non vnicuique facile capessenda, fieri solet, non tam multi eam capiant quàm multi illam collaudant & concupiscunt. Dubiū sane non est, quin plerique omnes eam, cui nomen patientiæ, virtutem velint & amēt, sine qua nihil in actibus nostris ad consummādam laudem proficere valet, & à qua quicquid laudis est veræ, inde oportet consummationis firmitatem accipiat, vt quę sola, Iacobo teste, opus habeat perfectum. Porro patientia est quæ vel sola coronam vitæ æternæ accipit, sine qua impleri nequit, qđ in Euangelio dictum est, Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Siquidem patientia sit, quæ nos Deo commendat & seruat. Ipsa profecto est, quæ (vt & alias ex Cypriano diximus) iram temperat, quæ linguam frenat, mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, timoris violentiam comprimit, incendiū simultatis extinguit, coercet

Iacob. 1 — Matt. 11

cet

cet potentiam diuitum, inopiam pauperum refouet, tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in coniunctis & maritatis indiuiduam charitatem, facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, contra iniurias & contumelias mites, docet delinquentibus cito ignoscere, si ipsi delinquimus diu & multum rogare, tentationes expugnat, persequutiones tolerat, passiones & martyria cõsummat. Quid multis? ipsa vel sola est quæ fidei nostræ fundamenta firmiter iacit, quę incremẽta spei sublimiter prouehit, quæ actum dirigit, vt tenere possimus viam Christi, & si qua attinent eo reliqua. Quis inquam modo eiusmodi virtutis, quæ tantis vber est bonis, non perquam cupidissimus esse possit? Nemo vtiq; existimo est, qui illam non ex animo diligat, sed perpaucos tamen esse, qui eandem capessant. vtpote multo difficillimam, & prima perinde frontẽ asperrimam, quia sita sit non nisi in medijs omniũ malorum procellis, nempe in duris laboribus, in odijs, in persequutionibus, in iacturis facultatum, in ardorib' febriũ, in cruciatu vulnerũ, in amissione charorum, & in consimilibus deniq; atq; hoc genus infinitis propemodum aduersis, quo nullus facile sit accessurus, quum ea sit eũdum via, & per eam ingrediundũ portam, quæ vere arcta est & dura. Dabimus igitur operam, vt qui aditus difficilis apparet lõge reddatur ingredientibus facilior. quandoquidem nonnulla recensuri sumus, quibus qui volet, patientiam sit alacrius suscepturus. Atq; sane patientiam habere desiderans, Primo cogitet quàm ad ipsam diligenter & passim cohortetur scriptura, dicens: Fili accedens ad seruitutem DEI, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationẽ. Omne quod tibi appli-

Mat. 7

Eccle. 2

citum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum. homines vero receptibiles in camino humiliationis. Secundo cõsideret, quàm sit vtilis & necessaria in aduersis patientia ad bene beateq; viuendum, vt sine qua nemo sit compos futurus de æterna beatitudine repromissionis, veluti initio disputauim⁹. Tertio consideret, sibi aduersa valere contra abusionẽ humanæ felicitatis & prosperitatis, qua plæriq; abutentes multis se sceleribus obnoxios reddũt, à quibus per aduersa alieni esse poterant. Cuiusmodi fuisse legimus Solomonem, Dauidem, Ezechiã & reliquos, qui in rebus secundis grauiter peccantes, tandem sunt ob aduersa ad deum redire coacti. Sic quũ olim filij Israel incrassati, impinguati, dilatatiq; essent, recalcitrare cœperunt ac simul diuinorum beneficiorum immemores deum factorem suum dereliquerunt, & à deo salutari suo recesserunt. Atq; hoc est quod Apostolus datũ sibi propterea esse stimulum carnis. s. angelum Sathanæ, qui se colaphizet, ne magnitudine reuelationũ superbius efferri possit. Quarto, meminerit se fortassis huiusmodi aduersis luere propter peccata sua præterita, quibus deum offendit. Siquidem propter peccata veniant aduersa. Quoniã.n. viam domini non tenemus, nec data nobis ad salutem cęlestia mandata seruamus, fit vt multifariam, deo permittente adfligimur, fit, inquam vt plerunq; laboramus pluuia & serenitate, fit etiamnũ vt terra efficiat sterilis, vineã debilitet grando cadẽs, oleã detruncat turbo subuertens, fontem siccitas statuat, aerẽ pestilens aura corrumpat, & homines morbida valetudo consumat. Hæc nimirũ & id genus alia non nisi peccatis prouocantibus plerunq; veniũt, domino deo adfirman-

Deut. 32
2. Cor. 12
Esa. 59

firmante, quum ait. Si dereliquerint legem meam & in Psal. 88
iudicijs meis nõ ambulauerint, si iustificationes meas
prophanauerint, & præcepta mea non obseruauerint,
visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta
eorum. Et dominus quoq; Christus, Seruus, inquit, ille Luc. 22
qui cognoscit voluntatem domini sui, & non paruerit
volũtati eius, vapulabit multis. Quæ deniq; flagella de
us opt. tum duplicat & auget, quum ipsi interim non
emendamur, vt quibus ille exacerbetur, quando nihil
talia & tanta proficiãt, alibi proinde cum querimonia
dicẽs. Sine caussa percussi filios vestros, disciplinam nõ Hier. 2
exceperunt. Et hoc est quod dominus ipse alias ad eũ,
quem à diuturno morbo curarat, dicit: Ecce sanus fa- Ioan. 5
ctus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtin-
gat. Cuius vtinam hac tempestate memores essemus,
qui tot plagis & flagellis à Deo visitati, nõdum neq; de
peccatis nostris dolemus, neq; credimus, neq; accipi-
mus disciplinam, neq; formidamus, id quod plus q̃ au-
ditu horrendum non potest non esse maiorum malo-
rum præsagium. Quinto cogitet se eiusmodi malis ad
salutem distringi, nimirum vt sic adflictus alibi possit
gehennam declinare, quum omnino vt bonis sua præ
mia, sic & malis sua sunt definita supplicia siue in hoc, Lucæ. 16
siue in alio seculo, Abrahamo ad diuitem Epulonẽ di-
cente, fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, &
Lazarus similer mala. Nũc autem hic consolatur, tu ve
ro cruciaris. Modo non dubitet, qui hic patienter pro
suis patitur peccatis aduersa, quin æternos deinde sit,
deo miserante, cruciatus cũ gaudio euasurus, illud qui
dem Paulus aut obscure subindicat, dicens: Dum iudi- 1. Cor. 11
camur autẽ, à domino corripimur, vt non cũ hoc mũ-
do damnemur. Sexto cõsideret paternam in se domini

miserationem, qua sic diligitur, vt velit hic ipsum iri pu
nitum vt alias in vera quiete tutus esse possit. Flagel-
lat enim, inquit Apostolus, omnem filium quem reci
Hebr.12. pit & diligit deus, qui de se ipso ait. Ego quos amo, cor
rigo & castigo. Agit nimirum deus plane misericordi
Apoc.3. ter cum homine, quoniam sic in eius peccata animad
uertit, vt alias à pœna futurus sit liber. Estq; dubio pro
cul argumentum dei miserentis, quum quis ilico post
peccatum pœnæ subijcitur, futurum enim non dubita
2.Mac.6 mus, quin ad maiora bona illum conseruet, quem præ
sentibus bonis priuat, cuiusq; hic peccatorũ sordes de-
tergit, quas in eo inæternũ non vult videre. Ita & edi-
uerso argumẽtum esse poterit facile cõspicuum ęternę
alibi damnationis successum hoc in mundo tempora-
Lucæ.16. lium. Cuius diues ille epulo testimonium præbet o-
mni exceptione maius vltra non parum multas alias
scripturas, quas hic transeo, quum suo loco de eis ad
lõgum pro tempore nobis fuit dissertatio. Certe Sene
ca quondam non absurde nihil eo censuit esse infelici-
us, cui nunqam aliquid accidisset aduersi, quoniam &
de eo dij male iudicarent. Septimo cogitet necessita-
tem eiusmodi aduersitatum, vtpote quibus hæc vita
nunqam, sic deo ordinante, carere possit, quæ vtcunq;
Iob.14 breuis sit ac vmbræ simillima, miserijs tamen & æru-
mnis plenissima est ex necessitate maledictiõis, qua illi
deus ob peccatum protoplasti in hæc verba maledixit
Gene.3. Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. Male-
dicta terra in opere tuo. in laboribus comedes ex ea
cunctis diebus vitæ tuæ. Tribulos & spinas germina-
bit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui
vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua
sumptus es. Qui modo impatienter feret, quod neces-
sum

sum sit ferat, ipso vel ad summũ reluctante & dilaceran te. An non per necessitatem huiuscemodi se solabatur Dauid de mortuo filio, quum reuocare non potuit, in quiens: Propter infantem dum adhuc viueret ieiunaui & fleui, Dicebam enim quis scit, si forte donet eum mihi dominus, & viuat infans: Nunc autem, quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero reuocare amplius: Ego vadam magis ad eum, ille vero non reuertetur ad me. Hac similiter necessitate sibi credo solatium quæsiuit Iob, pauper ac inops effectus, quum ait, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est. Ita & ipsi aduersis aliquando vexati dicere meminerimus, nec nobis velim ab ore & corde absuturum, quod in comico dictum nouimus. Vt quimus, quando vt volumus non licet. Sanè quæ vitari nequeunt minus nocent, si æquo animo feruntur. Inde natum, Authore A. Gellio, prouerbium, quo dici consueuit. Feras non culpes, quod uitari nequit. Quo sane monemur, vt mala fatalia, quæ nulla ratione possint neq; declinari neque propelli, saltem animi æquitate leniantur. Et quod huic adfine est in actis Apostolicis, σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν: Ne contra stimulum calcitres. Octauo consideret impatientiæ incommoda. Quàm enim vtilis est patiẽtia tam est omnibus perniciosa impatientia. Siquidem omnia prorsus, quæ patientia ædificat ad gloriam, impatientientia destruit ad ruinam. Hinc væ minatur scriptura iis, qui patientiam perdidere. Dum enim qui mala pati nolunt, non efficiunt vt à malis eruantur, sed vt mala grauiora patiantur, quorum plerique sibi & mortem animæ & corporis consciuere, quibus nihil deploratius, vt qui in spiritumsanctum peccent, nec

2.Re.12

Iob.1

Actu. 9

Eccl.2

Mat. 12 hic nec alibi suorum peccatorũ indulgentiam obtinen
Mar. 3 tes, quum desperauerint. quibus de alio in loco copio-
Lucæ. 12 sa nobis habita est disputatio. Quàm vero sit impatien
tia plerisq; omnibus nociua, penè à nascente mũdo cõ
Esa. 14 monstrãt exempla. Quia enim Zabulus hominem ad
imaginem dei factum impatienter tulit, primus perijt
Gen. 3 & perdidit. Adamus contra præceptum cæleste cibi le
talis impatiens in mortem cecidit, nec acceptam diuini
tus gratiam patientia custode seruauit. Sic quia Chai-
Gene. 4 mus sacrificij & muneris fratris fuit impatiens, eũdem
interemit. Et quoniam Esau de maioribus ad minora
Gen. 25 descendit, primatus suos per impatientiam lentis ami-
Deut. 9 sit. Sic quum Iudaicus populus Mosi cum deo loquen-
tis moras ferre nõ potuit, impatiens prophanos deos
ausus est postulare, seq; impatientia perdidit. Sic impa
Exo. 32 tientia in ecclesia hæreticos facit, & ad Iudæorum simi
litudinem cõtra Christi pacem, & charitatem rebelles
ad hostilia & furiosa odia compellit. Quid multa? Im
patientia non parũ multi & magni Cæsares, reges, du-
ces, idq; genus Satrapæ, se suos adeoq; sua regna & do-
minia perdiderunt, vt in aliquibus nostro quoq; tem-
pore experientia rerum magistra, docuit. In summa,
nihil impatientiæ ductu feliciter, nihil recte, nihil bene
geri potest, quemadmodum & iracundiæ, quum hæc
& illa ratione atq; huius consilio vacet. Hinc non est,
quod vel ægrotantes vel persequutiones vel iniurias
sentientes quoq; modo simus impatiẽtes, quibus alio
qui adaugeatur ægritudo & tristitia, in nobisq; ipsis a-
cerbius punimur. Igitur nequaq̃ impatiẽs sis eius, qua
adficeris, iniuriæ, contumeliæ, conuicij, quasi retaliatu-
rus, vbi temetipsum certo sis mulctaturus, imo si quis
irritat, exasperat, conuiciatur, lacessit, ad violentiã pro-
uocat

uocat,ad iurgium vocat,filebis, mutusq; fieri non erubesces,Siquidem peccator fit,qui te prouocat,qui iniuriam facit,teq; sui similem fieri desiderat. Si tacebis nõ tibi sed illi,sine tamen salutis tuæ dispendio,incommodabis.Si enim tacueris,ille plus rumpitur, victum se reputat,irrisum,posthabitũ, atq; illusum. Si respondeas, superiorem se factum arbitratur, quia parem inuenit. Si referas contumeliã,dicetur: Ambo conuiciati sunt. vterq; cõdemnatur,nemo absoluetur,ac tibi sic eris incommodo. Quanto proinde rectius, vbi irritatus fueris,dissimulabis,filebis,tua contentus conscientia,plus te committens bonorũ iudicio, quam criminantis insolentiæ,Sic enim cedendo vinces, ac fugiens grauiore sequentem vulnerabis ictu.Sic Dauid, quum malediceret ei filius Semei,& crimina obijceret,tacebat & humiliabatur,& filebat à bonis suis,dicens: Sine vt male- 2.Re.16
dicat,quia dominus dixit illi, vt maledicat. Et Paulus quoq; cum persequutionem patiebatur sustinuit,vincens & mitigans humanum adfectum propositæ mercedis gratia,vt filius dei fieret, inquiens. Maledicimur 1.Cor.4
& benedicimus.Simile,sed dissimili tamen caussa, memoriæ proditum est de Imp.Augusto,vt qui conuicijs contra se dictis non motus fuerit, verum conuiciantibus suaserit,quo linguis moderatius vterentur,qui nec ab inimicis irritari potuerit,quos ad se reuertentes gaudio susceperit.Sic & pij Imp.dicunt.Si quis modestiæ nescius,& pudoris ignarus improbo petulantiq; maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulẽtia L.1.C.si quis Imp. male.
turbulentus obtrectator temporum nostrorum fuerit,eum pœnæ volumus subiugari,neq; durum aliquid nec asperum volumus sustinere, Quoniam si id ex leuitate processit,contemnendũ est, si ex insania miseratio

S v ne

ne dignissimum, si ab iniuria remittendum. Si hoc Imp. pijss. quid nos homuntiones? Nõne & eos recte sequemur? Aut nunquid potes in domo tua quod Augustus in toto terrarum orbe? Ille, vt diximus, patientiæ studiosus hostibus ignouit, & tu non ignosces negligentibus & garrulis famulis? Siquidem puer est, qui te lacessit, ætati, si fœmina, sexui, si extraneus, libertati, si domesticus, familiaritati, si amicus eius voluntati, si inimicus eius debito, si stult⁹, stultitiæ dabis & ignosces: ita nimirum fiet, vt patientiam facile sis cũ magno tuo cõmodo habiturus. Nono, consideret multa & ingentia commoda, adeoq; tot patientię fructus, quorũ & hac in parte meminerimus, & si & paulo supra eorum habita est à nobis mentio. Haud sane paruipendendus est hic fructus patientiæ, quod aduersa, quorũ debet esse patientia, intellectum sic illuminat, vt qua opus sit re intelligat, quod vtiq; ignoraret absentib⁹ aduersitatibus. Na
Danie. 4 buchodonozor. n. in prosperitate constitutus in tantã mentis cæcitatem peruenit, vt tam contra deum & homines superbiret, neminẽ sibi parẽ existimans, qui deinde aduersitate correptus cognouit, quã esset omnino nullus, & quid agundũ non dubitauit. Indeq; fit, vt & aduersitatibus voluntas ipsa deprauata in melius commutari soleat. Cui⁹ memorabile relictum est exemplũ in Manasse, rege Iuda, qui quum pessimus esset morta-
2. Par. 33 lium, nec posset à quoq̃ flecti, tandem ductus in Babyloniã conuersus pœnitere cœpit, fieriq; melior. Adde, q̃d & rebus aduersis concupiscentia refrenatur. Nõ eñi potest corpus, quũ flagellis atteritur, libidinosis delectationib⁹ vagari, nec de carnalibus cogitare, quũ videamus & immanissimas bestias à maximis voluptatib⁹ coherceri. Sic filius ille prodigus accepta portione substantiæ,

ſtantiæ, quum omnia in regione longinqua dilapidaſ- Luc.16
ſet, aduerſa fame relictis voluptatibus ad patrem redi-
re compulſus eſt. Eſt & hic minime contemnẽdus fru-
ctus, quod quis in aduerſis proprias agnoſcit vires, &
quàm vane de ſe ipſo nonnunq̃ ſenſerit, intelligit. Sicut
enim vaſa figuli probat fornax, ita inquit ſcriptura, ho Eccl. 27
mines iuſtos tentatio tribulationis. Siquidem nõ artẽ
gubernandi mare tranquillũ aut obſequens ventus o-
ſtendit, ſi cum vel fluctus inundans gubernacula erupe
rit, vel ventus nauim validus cõcuſſerit. Quales & quã
ti Iob & Paulus, immo & alij eſſent, in tribulationibus Iob.1
non obſcure didicerunt, Demum & hũc addiderim pa 2.Cor.12
tientiæ fructum, quod ipſa rerum aduerſitas fidelis ſit
virtutis & probitatis cuſtos. Dubitari quidem non po
teſt, quin vel ſanctiſſimi aliquando homines in vitia la
berentur, niſi aduerſis cohercerentur. quod idem Apo
ſtolus de ſe ipſo facile oſtendit, dicens: ſibi vel ideo ſti-
mulũ carnis à domino permiſſum, ne tolleret reuelatio
nũ magnitudine. Certe cor Solomonis non aliã ob cau
ſam funditus ſapientiã deſeruit, q̃ quia nulla illũ forin-
ſecus diſciplina cuſtodierit. In aduerſis igit̃ poſitus hęc
& horũ ſimilia cõſideret, ac demũ haud dubie patientiã
eſt habiturus, Decimo, conſideret, aduerſa nihil in ani-
mã ipſam, quę nobiliſſima eſt, ſed ſolũ in corpus & hęc
exteriora, quæ vanitati ſubiecta cõſtat, poſſe, imo ſi pa
tienter fuerint tolerata, cõſeruare animã, & ea quæ ani
mæ ſunt veluti virtutes & diſciplinæ, Hinc ad diſcipu-
los dñs, nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus,
animã aũt non poſſunt occidere, ſed potius timete eũ,
qui poteſt & animã & corpus perdere in gehennam.
Quis proinde mœſtior fiet ex aduerſis, quæ cõſeruãt ſa
lutem animæ, qua nihil ſub cœlo precioſius: nec enim
homo

homo redditur se minor, vbi ei vel de diuitijs, vel pom
pis, vel honorib', vel valetudine detrahitur quicq̃, quũ
ea nõ sua sed fortunæ sint, in quæ & illa suam, deo per-
mittente, exercet potestatem. Vndecimo, cogitet in ad
uersis de diuina prouidẽtia, qua credat eiusmodi aduer
sa sibi prouisum. vtpote quæ tãta est, vt etiã sibi notos
Mat. 10 habeat nostros capillos quasi numeratos, sine cui' etiã
Lucæ. 12 voluntate passer vel quamlibet vilis super terram nõ
cadit. Sic qui aduersis angitur prorsus credat ea sibi ex
dei ꝓuidẽtia euenire, qui cũ sit pater suus ideoq; optim'
& sapiẽtissim', nihil suę īferret creaturę aut inferri sine
ret, nisi qđ illi ad salutẽ cõducere sciret & vellet, vtpote
Hebr. 4 cui' oculis oĩa nuda sũt & apta. Cui' etiã sapiẽtia attin
git à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponit vniuersa suaui
Sap. 8 ter. Quæ etiam vult & potest patienti quæcunq; mala
Rom. 8 in bonum cooperari. Quis enim ignorat, q̃ misere Mo
Exo. 2. ses in terra Madian exulauerit, qui tamẽ exilij patiens
à deo tandem dux Israelitarum constitutus est, & vltra
omnes dei amicos diuinis alloquijs vsus. Nec clam est
1. Re. 16 q̃ fuerit olim Dauid ab hominibus despectus, & quan
tis quanq; varijs tribulationibus circũdatus, qui tamẽ
deinde summo cũ gaudio Sauli in regnũ, deo ordināte,
successit. Duodecimo, cogitet, q̃ sit breue tẽpus, in quo
Iacob. 4 aduersis excruciatur, vtpote ad tempus futurũ collatũ
nõ secus sit atq; momentũ. Quid enim (quærit Iacob')
Esai. 40. vita nostra nisi vapor ad modicum parens? Imo, pro-
pheta clamante, omnis caro fœnum. Ex qua nimirum
temporis breuitate non debuerit nõ breuis esse aduer-
sitas. Solemus enim parum vel nihil curare, quæ cito
transeunt. Tertiodecimo cogitet de mutatiõe aduersi-
tatũ: quandoquidẽ nihil semper duret, nec in suo statu
semper res permanet. Sperandũ itaq; est, forte huius-
modi

modi tribulationes propediẽ versum iri in gaudium. Spe enim mutationis in melius, omnes vehimur & sustentamur, sic Iob, post tenebras, inquit, spero lucẽ. Do- Iob.17
mini quidem verbum est. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mũdum, tristitia vestra vertetur in gaudium, & profecto vt nulla perpetua est læ- Ioan.16
titia, sic nec tribulatio. Atq; solet plerunq; tum fortuna melior adesse, quum maxime premit, quasi expertura patientiam nostram, Cuius ipse deus opt. argumentũ in ipsis elemẽtis reliquit, in quibus sæpe videm⁹ subito pluuias & nubes in serenitatem inopinatam mutari, id quod fore nemo putasset. Sic apud Theocritum pastor, Fidere, inquit, Batte decet melius cras forsan habebis. Sic quoq; Poeta Lyricus ait. Albus vt obsecro de- Hora. lib. 1. Ode. 7.
tergit nubila cœlo Sepe notus, neq; parturit imbres perpetuos, Sic tu sapiens finire memento tristitiam vitæq; labores. Et alius quoq; poeta cecinit, O socij (neq; Virgi. 1. Aen.
enim ignari sumus ante malorũ) O passi grauiora, dabit deus his quoq; finẽ, Quartodecimo, cõsideret quanta sibi nõ modo in hac vita sed & certo alias sit futura de huiusmodi breuibus & exiguis aduersis merces, nimirum gloria æternitatis in beatitudine cælesti, iuxta seruatorẽ dicẽtem: Vos tristabimini, sed tristitia vestra Ioan
vertetur in gaudiũ, & gaudiũ vestrũ nemo tollet à vo- 2. Co
bis. Quẽ Paulus sequens, id eñ inquit, quod in præsenti est momentaneũ & leue tribulatiõis nostræ, supra modũ in sublimitate æternũ gloriæ põdus operatur in nobis, nõ contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ nõ videntur. Quæ eñ videntur, temporalia sunt, quæ aũt nõ videntur, æterna sunt. Quę nimirũ consideratio tantæ pro hisce tribulationibus hoc in mũdo mercedis facile vnumquemq; cogere debuerit, vt perq̃ patiẽter

ferat

ferat nihil non mali, quandoquidem, quod longe labo
rem, quæ inde præstabitur, merces superet, apostolo di
Rom.2 cente. Existimo em̃ nõ condignas esse passiones huius
tẽporis ad futurã, quæ in nobis reuelabitur, gloriã. Et
hoc est quod Christus, quũ ad longũ, quæ eius erant di
scipuli post suũ ad cælos ascensum passuri recensuit, in
Matt.5 quit, Gaudete & exultate, qm̃ merces vestra copiosa est
Lucæ.6 in cælis. Recte nimirũ copiosa. qm̃ tanta, quantam nec
Esai. 64 oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽ
1.Cor.2 dit, quã deus pro huius mũdi laboribus tribuit, merces
erit. Hac igitur potissimũ consideratione patientiam
vnusquisq; amplecti debet, vt quæ sit omnium longe
maxima, cuius gratia nihil non malorum sufferamus.
Quintodecimo, cogitet quanta patientia nõnulli infi-
deliũ & prophanoꝝ hominũ sustineant propter hæc tẽ
poralia, quæ tamen plerunq; vel nõ indipiscũtur, vel si
adipiscuntur, ea sibi in perniciem vertunt, & ad æternã
aliquoties damnationẽ. Quis oro in laboribus, sudori-
bus & vigilijs, adeoq; in aduersitatibus patiẽtior apud
Ethnicos extitit Demosthene & Cicerone, vt doctrinę
& eloquentię laudem obtinerẽt? Quid illis profuit vo
ti fuisse cõpotes? Plane nõ modo nõ profuit, sed vtriq;
ad mortẽ causa extitit. Huic dextra, quę Philippicas scri
psit, amputata, illi caput & alteri abscisum est, quũ ab
lib. 15 hoste vterq; captus esset. Quis apud eosdem subsanna
c. 22 tionis patientior Sertorio? qui cum in bello quodã ad-
huc priuatus oculũ amisisset, nõ solũ id infortuniũ for
titer tulit, sed gloriari etiã est solitus, q, cæteri viri for-
tes sua virtutis insignia torques, hastas, coronas domi
relinquerẽt, ipse vbiq; sua haberet decora. Nõne & ma-
gnæ fuit patientiæ Cornelius Sylla, qui deposita dicta-
tura, quũ priuatus se domum reciperet, vno aut altero
amico-